



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

Liber XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)



HISTORIA
ECCLESIASTICA.
LIBER XXVI.



S. COELESTINUS, PAPA.
THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III.
IMPERATORES.

§. I.

*Comitis Joannis adventus in urbem
Ephesinam.*

Inter hæc Comes Joannes, strenue con-
fecto itinere, Ephesum pervenit. Om-
ni mora damnata, utriusque Partis
Episcopos separatim invisit, simul enim
omnibus loqui fervens contentio prohi-
bebat. S. Cyrillus, & Memnon ab his
colloquiis abfuere. Comes Joannes ab-
sentibus indicari jussit, quod ipse præsen-
tibus

Sæculum V.
A. C. 431.

*Conc. Ephes.
p. 723. Sy-
nod. Baluz.
c. 16.*

M 5 tibus

Sæculum V. tibus edixit, ut sequenti die omnes in
 A.C. 431. ejus aedes se conferrent. Interim, cum
 animos maxime exacerbatos videret, ut
 rixarum periculum amoveret, & occa-
 sionem, inter dissidentium Regiones mi-
 litum cohortes stationes habere jussit.
 Altera die, quamprimum illuxit, Nesto-
 rius advenit, paulo post Joannes Antio-
 chenus cum suæ Sectæ Episcopis adfuit.
 Securus est S. Cyrillus cum omnibus aliis,
 solo Memnone excepto, Episcopis. Ori-
 tur maximus tumultus; quippe illi, qui
 cum S. Cyrillo venerant, nempe Catho-
 lici, Nestorii præsentiam ferre non pote-
 rant. Comes Joannes epistolam Impe-
 ratoris, quam attulerat, prælegi jubebat;
 at vero Catholici, non commissuros se,
 affirmabant, ut Nestorium, aut Orien-
 tales Schismaticos præsentem esse pate-
 rentur, aut S. Cyrillum cogi, ut disce-
 deret, quod Orientales petebant. Hinc
 ad ferventem disceptationem ventum,
 qua diei pars bona consumpta. Comitibus
 Joannis opinio fuit, ut ambo, Cyrillus,
 & Nestorius discedere juberentur, eo
 magis, quod in Epistola Imperatoris non
 nominarentur. Resistebant Catholici,
 petentes, ut ne quidem Schismatici re-
 manere sinerentur. Tandem, Joannis
 Comitibus sententia obtinente, S. Cyrillus,
 & Nestorius ex Cœtu abiire.

Ergo

Ergo Vespere, omnibus aliis Episcopis præsentibus, Imperatoris epistola prælecta. Ad Papam Cœlestinum directa erat, & Rufum Thessalonicensem, ac si præsentibus essent, atque ad alios Episcopos; quinquaginta & unus, Summo Pontifice, & Rufo inclusis, nominatim memorantur, Catholici, Schismaticive promiscue ponuntur, sed Nestorii, Cyrilli & Memnonis nomina pertinaci silentio premuntur, quod æque omnes pro depositis haberentur; id enim epistola claris verbis indicat: *Depositionem Nestorii, Cyrilli, & Memnonis, quam Vestra Pietas nobis significavit, approbavimus.* Nec aliud alicujus momenti tota epistola ferebat. Mentionem faciebat cujusdam epistolæ, scriptæ ab Acacio Bereensi, qui, cum per aetatem decrepitam ad Concilium venire non potuisset, omnes Episcopos ad conservandam pacem hortabatur; has Acacii litteras Imperator ad Concilii Patres mittebat, & Comiti Joanni potestatem dabat faciendi, quod melius futurum existimaret.

Lectionem epistolæ Cæsareæ Schismatici placide, & cum plausu excepere; at Catholicis displicuit, quod illegitimam depositionem Cyrilli, & Memnonis ratam haberet. Ut majores turbas caveret, Joannes Comes omnes tres Episcopos depositos custodiæ dari jussit.

Comes

Sæculum V.

A. C. 431.

Conc. Ephes.

p. 721.

p. 724.

Sæculum V. Comes Candidianus, qui omnibus deli-
 A. C. 431. berationibus, actisque Comitum Joannis

Epistola
 Cæsarea.

adfuera, Nestorium in custodiam rece-
 pit, & ut pronum est credere, haud du-
 riter habuit. S. Cyrillus Comiti Jaco-
 bo, quartæ cohortis Centurioni, tradi-
 tus; quia Memnon absens erat, Comes
 Joannes Oeconomo, Defensori, & Archi-
 diacono Ecclesiæ Ephesinæ accitis, dam-
 nationem Memnonis significavit, jussit-
 que pecuniarum hujus Ecclesiæ maximam
 curam habere, quippe harum rationem
 ab ipsis exigendam. Nempe depositio-
 ne Memnonis Sedem vacantem existi-
 mabat.

His peractis Comes Joannes in mag-
 nam Ecclesiam oraturus descendit; cum
 comperisset Memnonem in Domo Episco-
 pali esse, misit ex familiaribus suis quem-
 quam, qui quæreret, num sibi loqui vel-
 let, & ad se venire, an detrectaret? illi-
 co Memnon advenit; Joanni Comiti,
 causam postulanti, cur ante meridiem
 non adfuisset, respondit, se per ægritu-
 dinem non potuisse, utque ostenderet,
 excusationem non quæri, ultro ad Comi-
 tis Joannis ædes se contulit, mandatis
 Imperatoris obediens. Etiam ipse in Co-
 mitis Jacobi manus datus est, & cum S.
 Cyrillo a militibus ejus, qui Scutarii, &
 Palatini dicebantur, custoditus. Nulla
 mora interposita Joannes Comes ad Im-
 pera-

peratorem perscripsit, quid prima die ^{Sæculum V.} egisset, dicens, se, quantum posset, Epis- ^{A.C. 431.} copos ad concordiam hortari, & nullam viam intentatam relicturum, quamvis vix modica spes affulgeret reducendæ pacis, quod videret animos utrinque acerrime commotos.

§. II.

Catholicorum querelæ.

Episcopi Catholici, id est, pars Concilii magna, & sana, Comitis Joannis facto offensa, querelas ad Imperatorem detulerunt, data epistola, qua Schismaticorum contra Episcopos, Concilii Principes, molitiones aperiunt, & subjungunt, *Hanc depositionem Tibi notam fecerunt, ac si totius Concilii consensu fuisset probata; quo comperto, Majestas tua imperavit, ut rata haberetur, nam totius Concilii opus esse credebas, quod Nestorii Seditatores, cupiditate vindictæ acti, quia ipse depositus a nobis esset, fecerunt. (*) Hinc omnes ad tuam Pietatem confugimus, & rogamus, ut quæ contra Nestorium, & Seditatores ejus, acta sunt, firma, & rata consistant, id vero, quod ipsi adversus Concilii nostri Capita ausi sunt, nullum declaretur. Si enim Sententia Concilii in Nestorium*

Conc. Epli.
p. 766.

(*) Alles, was nachfolget, bis auf S. 13. hat der Deutsche Uebersetzer ausgelassen.

Sæculum V. *storium jure lata est, & Majestati tua*
A. C. 431. *probatum, pro tua prudentia intelliges, ea,*
quæ Nestorii Clientes, vindictæ desiderio
impulsi, egere, alicujus roboris esse non
posse. Te igitur obtestamur, ut tandem
tantis ærumnis nos liberes, & Synodi Ca-
pita, Sanctos Episcopos, Cyrillum, & Mem-
nonem nobis reddi jubeas, æquum enim est,
ut illis, qui nobiscum pro Religione decer-
tarunt, honor habeatur, nullatenus vero
cum illis damnentur, qui Jesum Christum
blasphemasse convincuntur. Huic Episto-
læ Juvenalis Jerosolymitanus, & omnes
cæteri signum apposuerunt.

Epist. Cyr. Longe majoris mali metus Synodum
ad C. P. perturbavit, cum comperissent Patres,
Conc. Eph. Comiti Joanni, ad Imperatorem, quæ ge-
p. 760. sta essent, perscribenti, fidelitatem defu-
 isse, jamque in Regia deliberari, an non
 expediret, S. Cyrillum, & Memnonem,
 quod eorum depositio a Concilio fuisset
 ratihabita, in exilium mittere. Ergo
 perterriti Catholici secundo, & multo
 instantius ad Imperatorem scripserunt:
 in hæc verba: *Epistola, quam modo no-*
Conc. Eph. *bis Comes Joannes prælegit, omnium ani-*
p. 768. *mos mærore implevit, dum videmus, quam*
falsa ad aures tuas delata sint. Quippe
ita Majestas tua nobis respondet, ac si a
nobis libellum de actis Depositionis Sancto-
rum Episcoporum Cyrilli, & Memnonis
accepisses; hinc Majestati tuæ repræsen-
tare

tare audemus, quod Concilium Oecumeni-
 cum, cui universus Occidens cum Apostoli-
 ca Sede Romana, tota Africa, totumque Il-
 lyricum consentit, hos Sanctos Episcopos
 non deposuerit, sed e contrario magnum
 eorum pro fide zelum plurimi faciat, dig-
 nosque censeat, qui ab hominibus maximas
 laudes, & a Jesu Christo Coronam glo-
 riæ recipiant. Nos vero neminem, nisi
 Nestorium Hæreticum, quod & ad tuam
 Majestatem perscripsimus, deposuimus.
 Non parum quoque nos afflixit, cum
 cerneremus, nominibus nostris obreptitie
 fuisse immixta nomina Sectatorum Joan-
 nis Antiocheni, qui a Concilio discesse-
 runt, itemque Sectatorum Celestii, deposi-
 torum, qui cum ipso sunt, quodque unam
 epistolam ad nos, ipsosque direxeris; cum
 tamen jam diu sit, ex quo per litteras Ti-
 bi significavimus, quod a Concilio seipsos
 separaverint, quam atrocem injuriam pri-
 mis Synodi nostræ Episcopis intulerint, &
 latam a Concilio in eos excommunicationis
 sententiam. Edicimus igitur, hos viros
 in nostram Communionem recipi non pos-
 se, partim quod, auctoritate ad id destitu-
 ti, Episcopos meliores se deponere attenta-
 verint, partim quod hodieque Nestorium
 Hæreticum defendant, cum Depositioni
 subscribere tenerentur, & denique, quod
 Majestati Tuæ imponere impudenter ausi
 sint. Obsecramus Te! ut nobis Sanctos
 Episco-

Sæculum V.

A.C. 431.

Sæculum V. *Episcopos Cyrillum, & Memnonem reddas,*
A. C. 431. *& fidem salvam præstes, quæ in nostris*
contra Nestorium actis pura, & integra
elucet. Si de iis, quæ inter nos, & Schis-
maticos gesta sunt, plenius edoceri te ju-
beas, rogamus, ut eos, quoscunque selege-
ris Ministros, ad Concilium mittas, qui
rei veritatem viva voce referant.

§. III.

Alicæ Catholicorum epistolæ.

Conc. Eph. *Concilium ad Episcopos etiam, qui tunc*
p. 767. *Constantinopoli erant, ad Presbyte-*
ros, Diaconosque ejusdem Civitatis epi-
stolas dedit in hunc modum: Scitote, nos
Ephesi tanquam in carcere inclusos tribus
jam mensibus existere, nec terra, nec
mari quemquam ad Regiam mittere secure
possumus, aut quocunque alio. Quoties-
cunque enim misimus, qui certa de nobis
referrent, non nisi per mille pericula, di-
versas vias ingressi, & sub alienis, ne pro-
derentur, vestibibus, inimicorum insidias
evaserunt. In promptu causa est, cur tam
arcte custodiamur, nempe falsa omnia de
nobis ad Imperatorem detulerunt; sunt,
qui dixerunt, nos seditiones commovere,
alii, Cyrillum, & Memnonem a Concilio
Oecumenico fuisse depositos, alii nos cum
Schismaticis, quorum Caput est Joannes
Antiochenus, amice transgisse. Ne au-
tem Veritas in lucem emergat, includi-
mur,

mur, & pessime affligimur. *Extrema on-* Sæculum V.
nia patientes, ad vos convertimur, ad vos A. C. 431.
nempe fideles Concilii Oecumenici filios,
 & hortamur, ne fidem veram destituatis;
 ad pedes Imperatoris cum fletu vos proster-
 nite, & omnia, ut sunt, edocete! nunquam
 Cyrillum, nunquam Memnonem damnavi-
 mus, ab eorum Communione avelli non pos-
 sumus, felices! si cum ipsis exilium subi-
 re liceat! id quoque apud nos statutum,
 ne unquam Schismaticos ad nostram Com-
 munionem admittamus, nisi errorem emen-
 daverint. Stat ante, Ecclesias nostras,
 quod Bonus Deus nolit, relinquere. Peti-
 te! ut Misericordia moveri se Cæsar in nos
 miseros patiatur, & ab isto honesto Exi-
 lio liberet! si Principis conspectu digni
 sumus, admittamur, si indigni judicamur,
 liceat saltem ad Ecclesias nostras redire,
 ne hic simul omnes morbis, & ægitudine
 animi pereamus. Huic epistolæ junctus p. 770.
 erat libellus in hæc verba: Immodico ca-
 lore, & insalubri aere conficimur; vix
 ulla dies sine funere! ægrotantes famuli
 domum revehantur. Hoc vero vos non
 lateat; etiamsi hic mori omnes cogamur,
 nihil aliud nos facturos, quam quod Do-
 minus noster Iesus Christus, nostro Mini-
 stero usus, decrevit. Hic Libellus sin-
 gillatim ad S. Dalmatium directus fuisse
 creditur.

Sæclum V.
A.C. 431.

Conc. Eph.
p. 759.

S. Cyrillus ad Clericos, populumque Constantinopolitanum scripsit, has duas epistolas, ad Imperatorem a Concilio deditas, memorans; tum subjungit: *Comes Joannes nihil omisit, quo Concilium cum Schismaticis communicare cogeret, sed hactenus surdas aures pulsavit, omnes animi constant, dicentes, rem impossibilem peti, nisi prius, quod contra Canones egerunt, damnent, veniam facinoris a Patribus rogent, atque datis litteris Nestorium, Doctrinamque ejus anathematizent. Cum istud Consilium Joanni Comiti non successisset, ad aliud conversus est; petiit a Concilio scriptam fidei expositionem, quam nostris Adversariis, ut subscriberent, proponeret, & deinde diceret: ambas partes conciliavi; non fidei causa, sed pravis affectibus moti dividebantur. Hoc advertens Concilium virili fortitudine se opposuit; nullam ipsis injuriam facimus, diximus: non huc vocati sumus tanquam hæretici, sed ut fidem defendamus, quod & fecimus, nec opus est, ut Imperator fidem doceatur, quam tenet, & in qua baptizatus est. Ergo etiam hac ex parte Orientales spes sua fefellit. Tum ipsis consilium fuit, fidei expositionem conscribere; at super formula ita animis divisi sunt, ut ne hodie quidem litigandi finis sit. Quidam consentiunt, ut Sancta Virgo vocetur THEOTOCOS, & ANTHROPOTOCOS, contra alii*

alii exclamant, malle, sibi digitos præscindi quam tali formulæ manu sua nomen apponere. Ita se omnium risui exponunt, & Hæreticos exhibent. Hæc omnibus nota facite, præprimis Abbatibus, prævidemus enim, Comitem Joannem, ubi reversus fuerit, gesta, aliter ac sunt, relaturum. Ne vos tædium pro nobis laborandi subeat; anementote, vos Deo, & hominibus gratum facturos. In hoc loco Episcopi, qui ante nunquam viderant vultus nostros, sanguinem pro nobis dare parati sunt; veniunt ad nos, & inter lacrymas affirmant, nihil magis sibi in votis esse, quam nobiscum aut in exilium, aut in mortem ire. Magna est vexatio, qua omnes premimur; milites nos, & me præ cæteris omnibus, arcte custodiunt, & ante cubiculi fores excubant. Reliqui de Concilio tristissima patiuntur, aliqui, fatis functi, miseris exierunt, alii, ut creditoribus satisfacere valeant, quæ habent, vendere coguntur.

S. Cyrillus eodem tempore Theopempto, Danieli, & Potamoni, tribus Episcopis Ægyptiis, tunc Constantinopoli degentibus scripsit, Potamon ibi jam ab anno superiore morabatur; Theopemptus vero, & Daniel Ephesi præsentibus, cum Nestorius deponeretur, fuerant; hinc conjectura est, ipsos, primas Concilii epistolas ferentes, Constantinopolim rediisse.

Sæculum V.
A.C. 431.

S. Cyrilli
Epistolæ,

Sup. XXV.
S. 40.

Sæculum V. rediisse. S. Cyrillus ad eos scribit in
 A.C. 431. hunc modum: *multæ contra me calum-*
niæ hic in vulgus sparsæ; Balneatores me
ab Alexandria huc usque secutos, Moni-
les claustris erupisse, meis conatibus, repug-
nante Concilio, Nestorium fuisse deposti-
tum; sed maximæ Salvatori sint Gratias
convicti mendacii calumniatores fuerunt,
& a Comite Joanne, ubi Ephesum adve-
nit, damnati, cum omnia maligne confi-
cta invenisset. Id quoque cognovit, to-
tum Concilium, proprio zelo motum, quod
Blasphemias Nestorii ferre non possent,
eundem damnasse. Ex quo Imperatoris
epistola lecta, qua omnium trium Deposi-
tio approbatur, custodimur, & quid nobis
futurum sit, nescimus. Verumtamen
Gratias Deo agimus, quod digni habeamur,
pro ejus Nomine pati, nec etiam patienti-
æ merces deerit. Concilium adduci non
potuit, ut cum Joanne Antiocheno com-
municaret, sed invicta constantia dixit:
Ecce nos, Ecclesiæ nostræ, & Civitates no-
stræ in potestate vestra sunt; at cum Orien-
talibus communicare non possumus, nisi
calumnias, in fratres nostros sparsas, re-
tractent, & Fidem Catholicam confitean-
tur, quippe cum Nestorio sentiunt, nec id
etiam negant. Has Concilii, & S. Cy-
rilli epistolas quidam mendicus, in con-
cava arundine, quam manu tenebat, in-
clusas, in viis stipem rogans, Constan-
tinopo

Conc. Ephes.
p. 772.

tinopolim detulit. Necessaria erat hæc ^{Sæculum V.}
 industria, quod Nestoriani Constantino- ^{A. C. 431.}
 poli portus, & vias custodirent, ne
 quisquam a Concilio missus intrare, aut
 illud aditurus egredi posset.

§. IV.

Epistolæ Schismaticorum.

Schismatici sua ex parte ad Imperato- ^{Synod. Ba-}
 rem scripserunt, opera Joannis Comi- ^{luz. c. 17.}
 tis usi, sive is Constantinopolim rediit,
 sive litteras misit, fidei Nicænæ esse in-
 hærendum, sicut Cæsaris Epistola præscri-
 pserat. Captata occasione, dicunt duo-
 decim S. Cyrilli articulos sibi non proba-
 ri, & imaginarios errores indicant. E-
 pistolam Acacii Bereensis, ab Imperato-
 re missam, citant, & addunt: *Hæc ipse*
optime novit, annum vitæ centesimum
decimum agens, quam pro Evangelio pu-
gnans exegit, qui pluribus Conciliis inter-
fuit, semperque Apollinaristas sibi vicinos
habuit. Et quidem Berea in Syria sita
 erat æque ac Laodicea Apollinaris pa-
 tria. Tum Orientales memorant, Comi-
 tem Joannem nomine Imperatoris sibi
 præcepisse, ut edicerent, quid de Voce:
Mater Dei sentirent; suam igitur sen-
 tentiam dicunt, & Fidei confessionem
 ponunt, quæ Catholica est, & ea ipsa,
 quam post hæc S. Cyrillus recepit. ^{e. 18.} Si-
 mul ad Ecclesiam Antiochenam, id est, ad

Sæculum V. Clericos, Monachos, & populum scripse-
A.C. 431. runt, ut, quid Comes Joannes Ephesi e-
 gisset, edocerent, videlicet Cyrilli, &
 Memnonis damnationem Imperatori pro-
 batam, eosque arcte custodiri; eandem
 vero & Nestorii sortem esse, reticent.
 Hortantur Concionatores, ut contra cre-
 ditum Cyrilli errorem perorent, & coe-
 teros omnes, ut ab illis caveant, qui hæ-
 resin istam Antiochiæ diffeminare cupe-
 rent, sed tanquam seditiosos homines in
 Judicium manus tradant. Hæc Epistola
 a Joanne Antiocheno, & duodecim aliis
 Episcopis signata. Ad Acacium Bereen-
 sem quoque scripserunt, & similiter con-
 demnationem, & detentionem Cyrilli,
 & Memnonis memorant, de Nestorio si-
 lent. Queruntur, adversarios suos un-
 dique Epistolas spargere, ut in Civitati-
 bus, & Provinciis Seditiones commo-
 veant.

c. 19.

§. V.

Litteræ S. Isidori Pelusiotæ.

Evagr. l. i. c. 15. Ephr. ap. Phot. c. 228. p. 777. Suid. Isidor. Isid. l. II. ep. 137. 228. Lib. I. epist. 310. Epistolæ, quæ Ephesi contra S. Cyrillum scriptæ, afferebantur etiam S. Isidoro Pelusiotæ, illustrissimo illius ætatis Anachoretæ, fidem fecerunt. Is, quamvis natus esset Alexandria, reliquam vitam Pelusii egit. Sacerdos erat, & profundo Theologiæ studio vitæ Monasticæ rigorem jungebat. Plura opera, & inter hæc

hæc tractatum contra Gentiles edidit; ^{Sæculum V.}
 at solæ nobis supersunt ejus Epistolæ, nu- ^{A. C. 431.}
 mero duo millia, & duodecim, stylo la-
 conico, & eleganti scriptæ. Ea, quam
 memorata occasione ad S. Cyrillum de-
 dit, sequentis est tenoris: *Eorum oculi,*
quorum mens præjudiciis occupatur, cali-
gant, qui vero odio reguntur, cæci sunt.
Si igitur utriusque vitii notam effugere
vis; nullius condemnationem temere ur-
geas, sed causæ momenta longo examine
pensa. Multi ex iis, qui Ephesi congre-
gati sunt, accusant, potioverem tibi priva-
tæ inimicitia rationem esse, quam sincere,
quæ Jesu Christi sunt, quærere. Est,
inquiunt: Theophili nepos, ejusdem mo-
res imitatur. Et timeri vult, sicut a-
vunculus ejus, qui Beatæ memoriæ Joan-
nem furiose persecutus est, quamvis ma-
ximum inter accusatos discrimen inter-
cedat.

epist. 311.

S. Isidorus etiam ad Theodosium Im-
 peratorem Epistolam dedit, in hæc ver-
 ba: *Si tempus tibi sumeres, Cæsar! te-*
que ipsum Ephesum conferas, quæcunque
in Concilio agentur, fide integra fient;
si vero suffragia humanis affectibus relin-
quas, nemo Synodum ab illusorum impro-
bitate defendet. Remedium malo afferes,
si, quos mittis Ministros, coerceas, ne do-
cendi munus sibi arrogent; quippe tales
non sunt, qui simul Principi serviant, &

Sæculum V. *Deo. Time! ne Imperium in ruinam*
A. C. 431. *impellant, dum illud Ecclesie, quæ est pe-*
tra solida, & juxta Dei promissum incon-
 1.ep.323. *cussa, allidunt. In alia ad S. Cyrillum*
Epistola S. Isidorus suam de Mysterio In-
carnationis fidem, integre Catholicam,
exponit.

§. VI.

Libellus Catholicorum Civitatis Con-
stantinopolitane.

Cont. Ephes. **M**endicus, feliciter Constantinopolim
 p. 778. *delatus, Epistolas Concilii, quas fe-*
rebat, Clericis, Episcopis, Abbatibus &
singulatim S. Dalmatio reddidit. His
acceptis, Clerici Constantinopolitani Li-
 bellum supplicem obtulerunt, in quo Re-
 verentia in Cæsarem, & pro Religione
 constantia jungebantur. Inquiunt: *Si*
Majestati Tuæ depositio Cyrilli, & Me-
mnonis, a Schismaticis attentata, proba-
tur, omnes, quotquot sumus, illa animi
fortitudine, quæ Christianos decet, eadem
cum sanctis his Viris pericula subibimus,
nullo meliori modo congruas ipsis gratias,
quod tanta pro fide tulerint, referemus.
Igitur suppliciter tibi accidimus, ut il-
lorum judicio accedas, qui numero supe-
riores sunt, qui majorum Cathedrarum
Auctoritate fulciuntur, & quibus, post-
quam sollicite fidem orthodoxam ad exa-
 men

men revocarunt, eadem, ac Viro sancto Sæculum V.
sententia stetit. (de Sancto Cyrillo lo- A. C. 431.
quitur.) Ne totum terrarum orbem per-
turbes, falsa inducendæ pacis specie, utque
faveas parvo Orientalium Episcoporum
numero, qui, si Canonibus obedire vellent,
neutiquam se a toto corpore separarent.
Injuria, Concilii Oecumenici Capiti illa-
ta, omnes tangit, qui cum ipso sentiunt,
jamque omnes totius orbis Episcopi una-
cum sanctis his Viris deponendi erunt,
orthodoxi nomen solis Ario, & Eunomio
conveniet. (*) Ne igitur patiaris Ec-
clesiam, quæ te enutrivit, sæde dilacera-
ri, vel feras, tua ætate Christi Marty-
res effici. Sed Majorum tuorum pieta-
tem imitaberis, si Concilio obedias, &
Decretorum ejus Auctoritatem tuis man-
datis suffulcias. (**)

S. Dalmatius, cum pro felici Conci- Conc. Ephes.
lii œcumenici exitu ad orationem con- p. 751.
fugisset, allapsa de Cælo voce, jussus est
e suo Monasterio exire, quippe per annos
quadraginta octo nunquam Monasterii
N 5 limi-

(*) Eben dieses kann man einer jeden Kirche,
die nicht Römisch Katholisch ist, vorwerfen.

(**) Hier haben wir ein klares Zeugniß, und
zwar von Constantinopel, wider die Herrn Prote-
stanten, daß Könige, oder Kayser in der Kirchen-
Versammlung, nämlich in der Kirche selbst, nicht
befehlen, sondern gehorsamen sollen.

Sæculum V.
A.C. 431.

Abbates &
Monachi.

Cong. C.P.
lib. IV. n. 65.

Conc. Ephes.
p. 754.

limine egredi voluerat, quamvis sæpe ab Imperatore rogaretur interesse precibus publicis, quas populus, terræ motibus perterritus, peragebat. Tunc vero cum omnibus Monachis omnium Monasteriorum, Abbatibus præcedentibus, egressus est. Viam ad Regiam exorsis, alternis Choris, cantabant, magna insequente populi Catholici multitudine. Cum illuc pervenissent, Abbates, ab Imperatore vocati, Palatium intrarunt, Monachis cum populo inter Psalmorum cantus foris stantibus. Dum Abbates, Responso bono accepto, regrediuntur, exclamare populus: *Mandata Imperatoris: Responderunt Abbates: procedamus ad Ecclesiam S. Mocii, ibi vobis prælegetur Epistola, & etiam Imperatoris responsum audietis.* Omnes igitur Monachi, populusque, illuc gressus movent; via ad S. Mocii Ecclesiam per amplissimam plateam ducebat, in extrema Civitatis parte prope portam auream sitam. Ingrediebantur Monachi continuo cantantes, & portantes cereos, cumque ultimum Psalmum absolverent ad destinatum locum pervenerunt. Non nulli ex populo, ipsis prætereuntibus, Nestorio maledicebant.

Omnibus Ecclesiam S. Mocii ingressis, lecta est Concilii Epistola, populo una voce clamante: *Anathema Nestorio!*
S. Dal-

S. Dalmatius suggestum conscendit, & Sæculum V.
dixit: *Si nos audire vultis, vocem tenete,* A. C. 431.
ne nos turbetis, & patientiam habete!

Epistolam, quæ jam vobis recitata est, Imperator legit, persuasumque ei est, vera continere. Dixeram ei, quando ad me venit, ea ad S. Concilium esse perscribenda, quæ ad ipsum delata fuerant, sed nemo scripsit. Ne molestus fierem, reliqua omisi, quæ etiam illi, qui retulerunt, silentio presserunt. Nunc autem dixi, quæ oportebat, & vobis jam referre non possum; tantum ne credatis, me quidquam per ostentationem loqui. Quoniam Deus Psal. 52. 6. dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent. Imperator, exacte omnia, quæ gesta sunt, audivit, egit Deo gratias, & acta Concilii probavit, ut Imperatore dignum erat. Id ut faceret, non mea verba persuaserunt, sed sponte Patrum suorum fidem secutus est. Denique Epistolam clementissime accepit, legit, & fidem adhibuit, dicens: Si ita est, veniant Episcopi! respondi: Non simuntur venire. Nemo est, dixit: qui ipsos probibeat. Dixi: a militibus custodiuntur; qui adverse parti student, huc illucque libere commearre permittuntur, at, quid sanctum Concilium agat, nemini ad te referre licet. Dixi etiam presentibus omnibus, ut Cyrilli causam defenderem; an sex millium Episcoporum vocem, vel unius impii, audire tibi

Sæculum V. A. C. 431. *tibi expediat, dubitabis? sex millia dixi, illis quoque comprehensis, qui Metropolitibus subordinantur. Hoc collimabat ad impetrandum mandatum, quo Episcopi venire juberentur; & venient aliqui, a Concilio missi, qui gesta narrabunt. Respondit Imperator: Bene dixisti. Ora pro me! Scio, Imperatorem Deum timere, & sacro Concilio favere; perversis hominibus aures ultra non dabit. Ergo pro Imperatore, & pro nobis orate! Populus Constantinopolitanus exclamavit: Anathema Nestorio!*

§. VII.

Responsum Catholicorum Constantinopolitanorum ad Concilium datum.

Conc. Ephes. p. 782. **I**mperator igitur utriusque partis Episcopis, nempe S. Cyrilli, & Joannis Antiocheni, mandavit, ab urbe Epheso, quos vellent, delegarent, qui se Constantinopoli, quis rerum status esset, edocerent. Mandatum istud ad Comitem Joannem directum, & interim S. Cyrillo, & Memnoni in carcere manendum erat. Simul Episcopi, qui Constantinopoli erant, numero septem, Concilii Patribus responderunt, data Epistola 20. Mezori, *p. 772.* Indictione 15. id est, 13tia Aug. anno 431. Gratulantur, quod ipsis datum sit, pro

pro bona causa pati. Paratos se dicunt, vel Constantinopoli remanere, vel Ephesum proficisci, si Concilium jubeat. Aliam Epistolam ad Concilium dedere Clerici Constantinopolitani; initio hujus Epistolæ visuntur nomina: *Dalmatius, Tigrius, Samson, & Maximianus*, qui erant inter Presbyteros præcipui. *Epistolam vestram, ad Imperatorem directam, inquirunt: & quæ de Nestorii Depositione agit, coram omnibus recitari jussimus. Totus nobiscum populus probavit, acclamavit. Laudibus vestris omnia insonuere. Jamrogamus, ut ad separandam Ecclesiam Constantinopolitanam animos intendatis, hoc enim unicum vobis faciendum restat, scilicet, ut Episcopum Civitati nostræ ordinetis.* Dalmatius, Presbyter Archimandrita, & Monasteriorum Pater, primus subscripserat, nihilominus suo etiam nomine ad Concilium scripsit, & gratulatur reportatam de Hæresi victoriam. Alypius quoque, Presbyter Apostolorum, hac super re ad S. Cyrillum dedit Epistolam, eumque ut Confessorem, & Martyrem honorat. In fine subjungit: *Candidianus Diaconus, qui has tibi reddet, omnia, quæ hic contigerunt, narrabit; dicet, quæ gessimus, quam libere, & pia audacia pro veritate locuti fuimus.*

Sæculum V.
A.C. 431.

p. 755.

Coll. Baluz.
p. 653.
Conc. Ephes.
p. 785.

§. VIII.

Sæculum V.
A.C. 431.

§. VIII.

Concilium Legatos mittit ad Regiam.

Cons. Ephes.
p. 130.

Postquam Comes Joannes Ephesi mandata Imperatoris publica fecit, Concilium selegit octo Legatos, nempe Presbyterum Philippum, Papæ Legatum, & Episcopos septem, Arcadium ex Legatis Occidentis alterum, Juvenalem Jerusalemitanum, Flavianum ex Macedonia, Firmum ex Cappadocia, Theodotum Antycyranum, Acacium Melitinensem, & Euvoptium Ptolemaidenum. His mandata tradita, primo ne ullatenus cum Joanne Antiocheno, & Schismatico ejus Conciliabulo communicent; *Si vero Imperator, addunt Patres: cum iis communicare vos jubeat, non obedietis, nisi positis conditionibus, si Depositioni Nestorii subscripserint, si a Concilio exaratis sua manu litteris veniam petierint, quod Synodi nostræ Præfectos atroci injuria affecerint, si Doctrinam Nestorii anatheimatizaverint, si nobiscum operam junxerint, ut Sanctissimorum Archiepiscoporum Cyrilli, & Memnonis libertatem impetremus; tunc vobis licentiam facimus, ut iis vestram Communionem promittatis; sed ad nos prius scribite, sic enim communicatis consiliis pacem solidam cum iis inire poterimus. Præprimis vestram Communionem nolite promittere, nisi prius*

Con-

Concilio sui Præsides sint restituti. Sæculum V.
A. C. 431.

Cæterum scitote, si mandatorum istorum aliquod neglexeritis, sacrum Concilium ea, quæ gesseritis, non habiturum rata, nec vos ad Communionem admissurum. Berinianus Episcopus Per-

gensis primus signum apposuit, deinde cæteri Episcopi omnes. Concilium

iisdem Legatis commentarios tradidit, ut Orientalium postulatis resisterent.

Item ad Imperatorem Epistolam, qua præprimis Cyrilli, & Memnonis liberationem petunt, & ad suas Ecclesias redeundi facultatem. Credibile est, iisdem Legatis responsa deferenda tradi-

disse ad septem Episcopos, & ad S. Dalmatium, qui ad illos Constantinopoli

scripserant; Concilium pro bono in se

affectu Gratias agit, hortaturque, ut Constantinopoli remaneant, & Orienta-

lium fraudes Imperatori notas faciant.

Tum dicunt: *Cum credamus, ea, quæ pridem ad vos perscripsimus, vobis nunquam reddita, illorum exempla jam mit-*

timus, rogamus quoque, ut nos certiores faciatis, num libelli nostri Imperatori fuerint traditi, ut si non acceperit, sal-

tem malas adversariorum nostrorum artes non nesciat. In Epistola ad S. Dal-

matium, fatetur Concilium, ipsi soli de-

beri, quod veritas usque ad aures Imperatoris pervenisset, & addunt: *Scimus,*

iam

iam

p. 784

Conc. Ephes.

p. 773.

Coll. Baluz.

p. 653.

Sæculum V. *jam antequam Nestorius Constantinopolim advenisset, Deum tibi revelasse, quod in corde gereret, teque dixisse ad omnes, qui tuam cellam adibant: Cavete vobis, fratres mei! mala Bestia in banc urbem delata est, quæ sua Doctrina plurimis hominibus nocebit.*

Orientalibus quoque sua ex parte octo Episcopos elegerunt delegandos; Joannem Antiochenum, Joannem Damascenum, Himerium Nicomediensem, Paulum Emesenum, tanquam Acacii Bereensis Vicarium, Macarium Laodicenum, Cyri Tyriensis Vicarium, Apringium Chalcidenum, Alexandri Apamiensis Vicarium, Theodoretum Cyrensem, Alexandri Hierapolitani Vicarium, & Heladium de Ptolemaide. Mandata his Legatis data amplissima, facerent omnia, sive coram Imperatore, seu in Consistorio, aut Senatu, aut in Concilio, quæcunque ipsis ad rem viderentur, promittunt, omnia se rata habituros, quæ egerint, & eorundem conventiones etiam Synodice signaturos. Una est exceptio contra S. Cyrilli capitula, quæ recipi prohibentur. Alexander Hierapolitanus cum eadem restrictione primus subscripsit, & deinde Dorotheus Marcianopolitanus. Præter hæc mandata, Legatis libellus, Imperatori tradendus, commissus, in quo, dissimulata Nestorii, alio

Conc. Ephes.
725.

Concilium
Ephesinum.

aliorumque Depositione, atque actis Con- Sæculum V.
cilio, magna se sollicitudine teneri ob A. C. 431.
Cyrilli articulos, dicunt, & Imperato-
rem, per quidquid Sanctum est, adjurant,
ut invigilet conservandæ fidei, cujus Ju-
dicem ipsum constituunt, & Adversariis
eorum præcipiat, ut, se præsentem, scri-
ptis hac super materia tractetur, nam af-
firmabant, quod quidem verum, in Ec-
clesia duas discrepantes Doctrinas tole-
rari non posse. De Juvenalis Jerosoly-
mitani molitionibus in Phœnicen, & A-
rabiam occupata occasione conquerun-
tur, & libertatem ad Ecclesias suas re-
meandi petunt, si quæstio fidei tunc de-
finiri non posset.

Legatis iter ingressis, ab Imperatore
mandatum advenit, quo Nestorius Ephe-
so discedere jubebatur, adjuncta facul-
tate, quocumque vellet, eundi. Petiit, ut
ad Monasterium S. Euprepîi prope Antio- *Evagr. 1. c. 7*
chiam, ubi adolescens educatus fuerat,
sibi liceret secedere, quod obtinuit, ei-
que vehiculum, & omnia itineranti non
necessaria modo, sed & commoda conces-
sa. Habemus Epistolam, a Præfecto *Baluz. Syno*
Prætorio Antiocho ad ipsum datam, & *c. 24. 6. 25,*
Nestorii responsoriam, Gratias maximas
agentis, dicentisque, nil aliud magis si-
bi honori esse posse, quam Religionis cau-
sa exulare. Id solum rogabat, ut scri-
pta Cyrilli (nempe duodecim præcipue
Hist. Eccles. Tom. VI, *Q* arti-

Sæculum V. articuli) litteris, ab Imperatore datis,
 A C. 431. notentur, ne simplices animi decipian-
 tur. (*)

§. IX.

Legati Calcedone audiuntur.

Conc. Ephes. Ubi utriusque partis Legati Calcedo-
p. 731. nem pervenerunt, ibi morari iusti
 sunt, nec his nec illis Constantinopolim
 ingredi licuit, ne excitaretur seditio. O-
 rientalibus, qui Calcedonem venerant,
 fama allapsa, Nestorium Epheso discede-
 re iustum; idque maxime affligebat,
 quod ipsius Depositionem viderent con-
 firmari. Hoc est, quod ad suæ factionis
 homines undecima mensis Macedoniani
Gorpicee, id est, quarta Septembris, scri-
 bebant, rursusque eadem die se Impe-
 ratorem expectare, in ædes Rufini prope
 Calcedonem venturum, ut ibi partes audi-

(*) Hier wären Beyspiele, daß man den Kayser in Glaubensfragen zum Richter angenommen, daß man Klagen wider den Bischof zu Jerusalem vor Ihm gebracht, welche nach den Grundsätzen der Katholicken unter die weltliche Gerichtsbarkeit nicht gehören, und daß man sich an Ihn gewendet, damit er durch Kayserliche Edict die Artikel des heil. Cyrillus verdammen sollte. Schade für diejenigen, welche eine Folge daraus ziehen wollten, daß dieses Abtrünnige, oder Ketzer gethan!

audiret. Episcopus Himerius necdum Sæculum V.
advenerat, itaque utrinque septem Epis- A. C. 431.
copi aderant.

Advenit Imperator, utramque par- Conc. Ephes.
tem benigne audivit, statimque Orien- p. 736.
talibus videbatur ad se inclinare Victo- Synod. Bal-
riam. Catholici instabant, ut S. Cyril- uz. c. 27.
lus libertati restitueretur, & postulabant,
ut ei venire liceret, & suam ipsius De-
fensionem suscipere. Orientales assere-
bant, ante omnia fidei articulos esse de-
finiendos. Jussit Imperator, ut ambæ
partes suam fidei confessionem porrige-
rent; dixerunt Orientales, sibi non esse
possibile, ut aliam, quam Nicænam ede-
rent, quod Imperatori probabatur. Ergo
ad suos exemplar expositionis fidei, quod
Epheso attulerant, remisere, rogantes,
ut duo nova, appositis suis signis, mitte-
rent. Addunt: *Omnis populus Constan-* Sup. XXV.
tinopolitanus continuo ad nos veniens, a- S. 54.
nimos ad defendendam fidem erigit, ægre
hominum impetum continemus, ne calu-
mniandi occasionem adversariis præbea-
mus.

Idem Theodoretus ad suum Metro- Conc. Ephes.
politam perscripsit, Alexandrum Hiera- p. 732.
politianum; sed id verosimiliter poste- Synod. Bal.
riori tempore factum, quippe nihil boni c. 30.
pro causa suorum sperare videtur. *Ni-*
hil omisimus, inquit; nec blanditias, nec
constantiam, nec preces, quibus Principem
excita-

Sæculum V. *excitaremus, ejusque Consistorium, ne*
A. C. 431. *causam fidei, quam aliqui corrumpere sa-*
tagunt, negligent, hactenus vero effeci-
mus nihil. Coram Imperatore juramen-
to affirmavimus, nos Cyrillum, & Me-
nnonem restituere non posse, & cum aliis
communicare, antequam articulos Hære-
ticos rejecissent. At illi, qui magis, qua-
sua sunt, quærent, quam quæ Jesu Chri-
sti, cum ipsis reconciliari, etiam nobis
invitis, volunt. Nempe jam tunc fuere
ex Orientalibus aliqui, qui de pace cogi-
tarent. Quantum ad amicum nostrum
(scilicet Nestorium) attinet, scito, quo-
tiescunque de eo sive coram Principe sive
Consistorio meminimus, in pejorem par-
tem versum fuisse; id vero summa mali,
quod nemo magis ipso Imperatore virum
aversetur. Is dixit ad nos: Nemo ultra
de ipso ad me quidquam; causa ejus finita
est. Jam adlaboramus, ut nos ex ista,
vos ex illa civitate liberemus, nihil quippe
est, quod hic speremus. Neminem non
pecunia corrumpit, omnes defendunt, u-
nam esse Divinitatis Humanitatisque Na-
turam. ()*

Populi quidem Religio, Deo sint lau-
des! bene habet; veniunt plurimi ad nos
quoti-

(*) Mirum! quod Theodoretus, qui bona fide scripsisse creditur, adeo manifeste falsa asseruerit.

quotidie. Pro concione dicere cepimus, **Sæculum V.**
 & cætus majores celebrare, tantaque in **A. C. 431.**
 plebe nos audiendi delectatio fuit, ut us-
 que ad horam unam post meridiem man-
 suri fuissent, si solis ardores potuissent to-
 lerare; congregati erant in magna area,
 quam porticus quatuor circumdant, nos
 autem ex altiore domus contignatione
 perorabamus. At omnes Clerici, & bo-
 ni isti Monachi, acerrime nos persequun-
 tur. Cum ex Rufinianis ædibus redire-
 mus, ubi primo ad conspectum Principis
 admissi fuimus, ad conflictum ventum est, **Theodore-**
 multi tam ex Laicis, qui nobiscum erant, **tus.**
 quam ex istis Pseudo-Monachis sauciati.
 Comperit Imperator, populum nobiscum
 congregari, cumque aliquando mihi soli
 occurrisset, inquit: relatum mihi, vos a-
 gere cætus prohibitos. Respondi: Cum
 libertatem loquendi facias, clementer me
 audi! num æquum sit, hos Hæreticos, ex-
 communicatos, officiis Ecclesiasticis fun-
 gi, dum nobis, qui pro fide pugnamus,
 Ecclesiam ingredi non licet? Dixit:
 Quid vis, ut faciam? Respondi: Quod
 Comes Joannes fecit, cum Ephesum venit,
 nam videns, ipsos conventus agere, & nos
 cessare, prohibuit, dicens; donec pacem
 communem inieritis, non concedam, ut
 vel ista, vel altera pars cætus cogat. I-
 dem hujus Civitatis Episcopo præcipere
 debueras, ut nec ipsis, nec nobis separa-
 tim

Sæculum V. *tim convenire licitum esset, donec con-*
A C 431. *cordia reduceretur. (*) Respondit Im-*
perator: Non est meum Episcopis præci-
*pere. (**) Respondi: Ergo nec nobis*
quidquam prohibeas. Ecclesiam selige-
mus unam, agemus conventus, & videbis,
majorem longe populi partem nobis, quam
illis consentire. Addidi: in nostro cætu
nec Sacræ Scripturæ leguntur, nec obla-
tiones fiunt, sed tantum preces pro fide,
pro tua Majestate, & pii sermones. Hac
approbavit, nec in hanc usque diem pro-
bibuit. Major in dies ad cætus nostros
boni-

(*) Bonum consilium! Mi Theodorete! si remedium, si modus, si spes reducendæ inter diffidentes Episcopos concordæ esset. Edic enim! quæ via tentanda sit. Tu Sanctum Cyrillum, & Patres Concilii Ephesini, dissimulata Romanæ Sedis Auctoritate, Hæreticos pronuntias, & illi te; quis Judex erit? Imperator? an vero ad Principum Sæcularium neminem dicit Christus: Confirma fratres tuos! Luc. 22. An Sacra Scriptura? hanc pars utraque sibi favore contendit. An major Sæctatorum numerus? at fallibile est hoc signum, nec ipsis Hæreticis probatum. Quid ergo superest? profecto nisi ad Cathedram Petri, cujus Auctoritate S. Cyrillus Synodo Ephesinæ præfuit, respiciamus, æternæ erunt lites, & tota Christi Ecclesia, contra quam ipse promisit, rupto charitatis vinculo, in varias Sæctas dissolvetur.

(**) Egregium testimonium!

hominum concursus est, sed & periculum nostrum crescit, & timor; quippe Monachorum, Clericorumque furore nihil violentius, & Procerum aures in sua potestate habent. Exstat una Oratio Theodoretii, illo tempore dicta, & alia Joannis Antiocheni, in eodem coetu pronuntiata, qua auditoribus valedicit.

Sæculum V.
A. C. 431.

Conc. Ephes.
p. 733.
p. 755.

Schismatici Epheso Legatis suis fidei Professionem, quam petebant, miserunt, & Epistolas, quibus adhucdum instabant, ut duodecim S. Cyrilli articuli damnarentur, dicebantque, iisdem multum Auctoritatis accessurum, si Depositio Nestorii confirmaretur. Simul etiam illorum duodecim articulorum expositionem, quam S. Cyrillus Ephesi, a Concilio rogatus, scripserat, miserunt.

p. 743. 744.

Part. 3.
Conc. Ephes.

Imperator Episcoporum Delegatos, de hac causa differentes, quinque dividit; tandem Constantinopolim rediens, Schismaticis Calcedone relictis, Catholicorum Legatos Constantinopolim venire iussit, & Episcopum ordinare. Schismatici oblato Libello hac super re conquesti sunt; atque iste pro secundo habetur, nam primus ille fuit, qui ipsis, cum Epheso proficiscerentur, commissus. In isto autem Legati, Calcedone remanentes, coram Deo testantur, si Hæresis Sectatores (ita Catholicos appellant) Episcopum Constantinopoli ordi-

c. 1.

ep. p. 745.
Conc. Ephes.
p. 730.

p. 728.
Baluz. Syn.
c. 34.

Schismatici.

Sæculum V. dinent, antequam Doctrina fuisset defini-
 A. C. 431. nita, necessario Schisma oriturum, quo
 tota Ecclesia scinderetur; *Nos enim, in-*
quiunt: & omnes Provinciæ Orientis,
Ponti, Asia, Thraciæ, Illyrici, & Italia,
nunquam patiemur, ut Cyrilli Dogmata
recipiantur. Librum quoque S. Ambro-
sii, huic Doctrinæ contrarium, ad te mi-
serunt. Ita ad Imperatorem loquun-
tur.

Conc. Ephes. Eodem tempore ad Rufum, Episco-
 P. 736. pum Thessalonicensem, dederunt Episto-
 lam, ut viri animum tentarent, num ad-
 versus Concilium irritari se sineret, ea
 arte ad suas partes pertraherent, & re-
 latis a Flaviano Philippensi, suo ad Syno-
 dum Ephesinam Subdelegato, fidem non
 adhiberet. Rursus in hac Epistola fit
 mentio de libro S. Ambrosii, ad Impera-
 torem, per Episcopum Mediolanensem
 misso; hunc Episcopum Martinum no-
 minant; sed melius Martinianum dice-
 rent. De hoc Episcopo in sua Epistola
 ajunt, quod sibi scripserit, & inde infe-
 runt, sua ex parte stare Italiam. At ve-
 ro mense Septembri, quo scripta est hæc
 Epistola, necdum sufficiens temporis spa-
 tium effluerat, quo divisiones, quæ E-
 phesi sub finem Junii arsere, Mediola-
 num deferri potuissent, iterumque re-
 sponsoriæ litteræ Ephesum pervenire;
 itaque conjectura est, Martinianum ad
 Syno-

Synodum Ephesinam generatim dedisse Epistolam, quæ præter mittentis voluntatem in manus Schismaticorum incidit. Quippe totam Italiam, omnemque Occidentem, cum Papa, & S. Cyrillo stetit exploratissimum est.

Sæculum V.
A. C. 431.

§. X.

Concilii Ephesini Finis.

Interim Theodosius Imperator ad Concilium scripsit in hæc verba: *Cum nihil æque ac Ecclesiarum pax nobis cordi sit, non adhibita modo Ministrorum nostrorum opera, sed etiam proprio conatu concordiam inter vos reducere satagemus. Quia vero id efficere non potuimus, imo de quæstionibus controversis nequidem colloqui voluistis, mandavimus, ut Episcopi Orientis domum, & ad suam quisque Ecclesiam revertantur, Concilium Ephesinum solvatur, Cyrillus Alexandriam redeat, Memnon Ephesi remaneat. Cæterum declaramus, nos, quamdiu victuri sumus, Orientales damnare non posse, cum nullius erroris coram nobis convicti fuerint, vobisque cum ipsis nec differere placuerit. Si ergo bona fide pacem queritis, id nobis aperite, sin vero sine cunctatione discessum parate! nihil nostra ex parte omisimus, quin conciliaremini, si culpa est, nostra non est, cujus sit, Deus novit.* Ex hac Imperatoris Epistola sicut etiam

Coll. Baluz.
p. 156.

Sæculum V. ex ea, quam Schismatici scripserunt,
 A.C. 431. dispicitur, Catholicorum Legatos de Do-
 ctrina, quasi dubia videri posset, coram
 Imperatore noluisse disputare, quod ex-
 stimarent, satius esse, si a Concilio actu
 defenderent, & depositionem Nestorii se-
 cundum jus, & Canones fuisse decretam,
 econtra Cyrilli, & Memnonis irritam
 esse, & nulla ratione tolerabilem osten-
 derent.

Conc. Eph. Hoc fulmine perculsi Schismatico-
 rum Legati spem omnem abjecerunt.
 p. 730. Tertium ad Imperatorem dedere libel-
 lum, quo factum exprobrant, obtestan-
 tur, Dei iudicium minitantur: *nisi hi*

Synod. 35. *nostris precibus cesseris, inquit: excu-
 tiemus pulverem a pedibus nostris, & cum*

Act. 18, 6. *Sancto Paulo exclamabimus: mundi sumus*
 Conc. Eph. *a sanguine tuo!* Ad suos quoque Ephesum

p. 745. scripsere, etiamsi quinque ad Impera-
 Synod. c. 31. toris colloquium fuissent admissi, omnes
 tamen conatus suos incassum cecidisse,
 nunquam Cyrillum permoveri potuisse,
 ut duodecim articulorum suorum exa-
 men admitteret, nec adduci Iudices, ut
 id fideri juberent, aut de Nestorio men-
 tionem injici paterentur. De Cyrilli
 Tyrannide conqueruntur: *qui omnes, ut*
ajunt: sollicitationibus, adulationibus, &
largitionibus corrupit, ita ut jam ipsi, &
Memnoni in suis sedere Cathedris liceat,
dum vir innocens (Nestorius) in suum Mo-
nasterium

nasterium detruditur. Hic fuit Concilii Sæculum V.
 Ephesini exitus. S. Cyrillus Alexandriam A. C. 431.
 triumphans pervenit, tertia die *Athyr*, Conc. Ephes.
 id est, trigesima Octobris, & summa om- p. 107. Coll.
 nium lætitia exceptus est. (*) *Baluz. pag.*

Interim 581. c. 70.

(*) Hier saget der deutsche Uebersetzer: man wird es inzwischen nicht übel nehmen, wenn wir die Gedanken des gelehrten *Du Pin* hersetzen, die er über dieses Concilium in seiner *Nouvelle Bibliothèque Ecclesiastique Tom. IV. p. 319.* zurücke gelassen hat. Denn, wenn er in einigen Schriftstellern etwas findet, das der Päpstlichen Hoheit zu widersprechen scheint, so vermeynet er im Roth seines Gold gefunden zu haben. Er bringet 4 Abschnitt aus dem *Du Pin*. Im ersten saget dieser, allerdings gelehrte, aber nicht in allen untadelhafte Schriftsteller; man könne nicht sagen, daß der Pabst diese Kirthen-Versammlung berufen habe, sondern der Kayser. Genug, daß man zu Ephesus zusörderst dasjenige vollzogen, was der H. Coelestinus in seinem Briefe an den H. Cyrillus befohlen hatte. Man erinnere sich nur, daß kurz vorher die Katholicken von Constantinopel in ihrer Bittschrift an den Kayser Theodosius gesaget: *Majorum tuorum Pietatem imitaberis, si Concilio obedias.* Wenn du dem Beyspiele deiner Voreltern folgen willst, so gehorsame der Versammlung! so wird man leicht erkennen, in was für einem Verstande man es nehmen müsse, wenn die Kayser Concilia zusammen berufen haben.

In dem zweyten Abschnitt saget Herr *Du Pin*:
 der Heil. Cyrillus habe nicht als Legat des Pab-
 stes

Sæculum V.

A.C. 431.

Interim de Electione alterius Episcopi Constantinopolitani actum, cui Episcopi, qui ibi cum Legatis Sacrae Sedis, aliisque Concilii Ephesini Delegatis versabantur, præfuerunt. Iterum Philippus

Socr. VII.

c. 35.

stes, sondern als erster Patriarch bey dem Concilio den Vorsitz gehabt, sonderlich, weil in seiner Abwesenheit Juvenalis von Jerusalem seinen Platz eingenommen, und nicht die andern Päpstlichen Legaten. Diese Einwendung hat nur einigen Schein, und nichts gründliches an sich. Als die Väter der Ephesinischen Versammlung das Urtheil wider den

Lib. XXV.

S. 42.

Nestorius sprachen, sageten sie: reduits à cette nécessité par les Canons, & par la lettre de Notre tres Saint Pere, & Colleague Celestin Evêque de l'Eglise Romaine. Zu deutsch: weil wir hierzu durch die Canones, und das Schreiben unsers heiligsten Vatters, und Collegæ Celestin, der Nischen Kirche Bischofes, genöthiget werden. Wiederum, in der zweyten Sitzung, nachdem die Päpstlichen Legaten angekommen waren, redete Firmus

Lib. XXV.

S. 47.

von Cappadocien folgender gestalt: Le saint Siege de Celestin a deja réglé l'affaire, & donné sa sentence par les lettres adressées à Cyrille d'Alexandrie, à Juvenal de Jerusalem, à Rufus de Thessalonique, & aux Eglises de Constantinople & d'Antioche. En consequence, & en execution de cette sentence nous avons prononcé contre Nestorius un jugement Canonique. Zu deutsch: der heil. Stuhl, auf welchem Celestinus sitzet, hat diese Sache schon ausgemachet, und in den abgelaassenen Briefen an den Cyrillus von Alexandria,

pus, & Proclus, sicut & ante Nestorii Electionem, inter eligendos propositi, & profecto vicisset Proclus, nisi Potentissimorum aliqui se opposuissent, causati, fuisse Episcopum Cyzici electum; quod quidem

Sæculum V.

A.C. 431.

Sup. XXIV

S. 54.

xandria, an den Juvenalis von Jerusalem, Rufus von Thessalonica, wie auch an die Kirchen zu Constantinopel und Antiochia das Urtheil gesprochen. Diesem zufolge, und dieses Urtheil zu vollziehen, haben wir den Kirchen-Gesetzen gemäß wider den Nestorius gesprochen. Ist das nicht Zeugniß genug, daß die Versammlung zu Ephesus, welcher der H. Cyrillus vorgestanden, (denn dieses leugnet Dupinus nicht) nicht etwan ein Nebending, sondern die Hauptsache, und nicht nur allein dasjenige, zu welchem der Heil. Cyrillus vom Pabste schon vor dem Concilio bevollmächtigt war, sondern auch zu folge dieser Vollmacht, vollzogen habe? Wie kann man also noch zweifeln, ob der H. Cyrillus in des Pabstes, oder in seinem eigenen Namen zu Ephesus gehandelt? Dupinus saget ferner, man ersehe aus dem, weil in Abwesenheit des H. Cyrillus nicht die andern Pabstlichen Legaten, sondern Juvenalis Bischof zu Jerusalem in der Versammlung den Vorsitz gehabt, Cyrillus in seinem Namen, nicht aber als des Pabstes Vicarius vorgestanden; allein dieses folget nicht daraus, denn die nachgeschickten Legaten hatten nur den Befehl, sich an den Heil. Cyrillus zu halten, welcher im Namen des Pabstes handelte, und nicht vorzustehen, um so viel weniger, als der H. Cælestinus nicht hat vorsehen können, daß der H. Cyrillus
die

Sæculum V. dem verum, sed nunquam ab illis civi-
 A. C. 431. bus fuerat receptus. Tandem electus
 Electio est Maximianus, Presbyter, & Monachus,
 Maximiani. qui jam diu magnæ pietatis fama flore-
 bat, quod suis sumptibus sepulchra con-
 dendis

die Person eines Vorstehers auf eine Zeit abgelegt werde, um die Stelle eines Klägers zu vertreten. Endlich schliesst Dupinus, der H. Cyrillus sey als der erste Patriarch dem Concilio vorgestanden. Der Herr Fleury saget, er habe presidiret als Päpstlicher Vicarius, er hätte aber auch presidiren können wegen des Ranges seines Stuhles; dieses lästet sich noch sagen nach der Ordnung, welche man im Occident wollte gehalten wissen, aber nicht in dem Verstande des Dupin, denn in der Constantinopolitanischen allgemeinen Versammlung hatte man den ersten Rang nach dem Pabste nicht mehr dem Bischöfe zu Alexandria, sondern dem zu Constantinopel eingeräumt; wenn nun der H. Cyrillus zu Ephesus nicht als Bevollmächtigter des Römischen Stuhles, sondern als Bischof zu Alexandria der Versammlung hätte vorsehen wollen, so ist es gar nicht wahrscheinlich, daß weder Nestorius und seine Anhänger, noch die Orientalischen Bischöfe, welche sich von der Ephesinischen Versammlung getrennet, den Nestorius für unschuldig hielten, und so wohl wider die Person, als das Verfahren des Cyrillus gar vieles eingewendet, ihm den Vorwurf niemals sollten gemachet haben, daß nicht ihm, sondern dem Nestorius, als Bischöfe zu Constantinopel, das ist, des ersten Stuhles nach Rom der Vorfiz gebühre.

dendis piorum hominum corporibus ex-
 truxisset. Cæterum nec doctus, nec ge-
 rendis rebus assuetus, sed Papæ Legatis
 acceptissimus, quod in Ecclesia Romana
 fuisset educatus. Is igitur die Domini-
 ca 25. Octobr. ejusdem anni 431. elapsis
 post depositionem Nestorii quatuor men-
 sibus, ordinatus est.

Sæculum V.
 A. C. 431.

Ep. Cælest.
 Conc. Eph. 3.
 p. c. 23. p.
 1080.

Illico

Im dritten Abschnitt aus dem Dupin wird der
 Heil. Cyrillus, und alles, was er gethan, vollkom-
 men gerechtfertiget. Wenn ich der Protestantische
 Uebersetzer gewesen wäre, hätte ich solchen lieber
 ausgelassen, weil ich geglaubet hätte, nicht berufen
 zu seyn, den H. Cyrillus so gut zu vertheidigen.

Im vierten Abschnitt verwundert sich der Ueber-
 setzer wiederum selbst, wie ein Kind, wenn es un-
 gefehr ein Messer in die Hände bekommen; denn
 ob schon Dupinus zuletzt hinzu setzet, daß viele dafür
 halten, bey dieser Streitigkeit wäre es bloß auf
 Worte angekommen, so saget er doch in seiner eige-
 nen Meynung: 437. S. dieses alles gab satzfamen
 Beweis, daß er (Nestorius) die Vereinigung der
 Naturen nicht aufrichtig glaubete. Hingegen
 von dem H. Cyrillus: Er hat die Irrthümer (des
 Apollinaris) so oft verworfen, und die Beschul-
 digung so stark von sich abgelehnet, daß man
 ihm nicht beymessen können, als ob er entwe-
 der die Wirklichkeit der menschlichen Seele
 Christi geläugnet, oder Ihr den Verstand ab-
 gesprochen hätte. Eben so wenig kann man
 sagen, daß er beyde Naturen untereinander gee-
 menget hätte.

Sæculum V. Illico Episcopi, qui ad hanc ordina-
A.C. 431. tionem in Concilium convenerant, han-
Socr. VII. rem Papam, S. Cyrillum, aliosque mayo-
c. 37. rum Sedium Episcopos, pro more per epi-
Conc. Eph. 3. stolas docuere. Ex his epistolis illam so-
part. c. 16. lam habemus, quæ ad Episcopos Ephe-
Conc. Ephes. sicum & cæteris imponere quærebant,
p. 801. cum Concilio Ephesino Communionem
 sibi esse. Ne igitur fraudi locus esse pos-
 sit, Patres Concilii Constantinopolitani
 iisdem Concilii Ephesini epistolam mit-
Sup. XXV. tunt, ubi Schismaticorum nomina erant
§. 59. 3. p. c. consignata. Illa quoque Epistola ad no-
17. stram usque ætatem pervenit, quam Ma-
 ximianus suo nomine ad S. Cyrillum de-
ibid. c. 19. 18. dit; ab eo orationem, & consilium pe-
 tit. Sunt nobis etiam S. Cyrilli respon-
 soriæ tam ad Concilium, quam ad Maxi-
 mianum, in quibus fidem de Incarnatio-
 ne explicat, iterumque Apollinarem ana-
 thematizat.

§. XI.

*Epistola S. Cælestini Papæ Doctrinæ
 S. Augustini favens.*

Sup. XXIV Epistolas ad S. Cælestinum Papam de
§. 58. 59. Maximiani Ordinatione datas Joannes
to. 2. Conc. Presbyter, & Epictetus Diaconus, qui
1611. circa Festa Domini Natalitia urbem atti-
Cælest. ep. I. gerunt, attulere. Sub id ferme tempus
 Papa, S. Augustini Defensionem susci-
 piens

piens, ad Episcopos Galliaë scripsit, nam Sæculum V.
A.C. 431.
 aliqui Presbyteri Galli Doctrinam jam defuncti oppugnabant. Prosper, & Hilarius, qui hæc ad S. Augustinum perscripserant, Romam profecti, querelas ad S. Cœlestinum Papam deferunt; hinc epistolam istam scribendi nata occasio; data est ad Venerium, Episcopum Massiliensem, Leontium Foro-Juliensem, Marinum, Auxonium, Arcadium, Filtanium, aliosque Galliarum Episcopos. Papa his Episcopis acriter exprobrat, quod scandalum tollere neglexerint. *Presbyteri nihil doceant, inquit; quod vestra Pietati noceat; silentium vestrum noxiae conniventia suspectos reddit, nos quoque, si taceamus, suspicionem meritam non effugiemus. Quicumque male docent, sciant, ipsos magis discere oportere. Quid ergo Episcopi in Ecclesiis agitis, si Presbyteris auctoritas prædicandi est? nisi forte aliqui Episcoporum, nuper ex Laicis assumpti, jura sua ignorant;* de S. Augustino ita loquitur: c. 2.
Augustinus, Sanctæ memoriæ vir, semper suo merito in nostra Communionem fuit, nec unquam, vel minimi erroris suspicio in tanti viri nomen cecidit. Ea erat Scientia, memini! ut ipsum Prædecessores mei inter præcipuos Doctores haberent. Amabatur ab omnibus, ab omnibus colebatur. Itaque resistite illis, qui viri memoriæ labem inferre audent, & silentium imponite.
 Hist. Eccles. Tom. VI. P. 119. Huius

Sæculum V.

A. C. 431.

Ap. Leon.

Quesn. p. 73.

Huic S. Cœlestini Papæ epistolæ ad
 juncti sunt novem articuli de Gratia
 quos, tanquam ejusdem epistolæ partem
 non nemo initio sequentis Sæculi cita
 vit. (*)

v. Not. Sirm.

p. 1618.

Et Diff. 3.

Quesn.

Iisdem articulis præponitur admoni
 tio: *non nulli, qui Catholici nomine glo
 riantur, atque Pelagium, Celestiumque
 anathematizant, nihilominus Magistros
 nostros arguunt, quod nulla necessitate le
 mites transgressi sint, Et profiteantur, ni
 hil se, nisi quod a Sacra Sede definitum, ap
 probare; ideo visum, colligenda esse illa
 quæ jam Papæ in materia de Gratia adver
 sus nocuos liberi Arbitrii Defensores pro
 nuntiarunt, Et non nulla Conciliorum
 Africae Decreta subjungenda, quæ Papæ
 approbando sua fecerunt.*

§. XII.

Articuli de Gratia.

1. Per peccatum Adami omnes homines
 naturæ potentiam, (**) & innocen
 tiam amiserunt, & nemo ex istius ruina
 abyssu per liberum arbitrium eluctari
 potest, nisi ipsum Dei Gratia extrahat.

2. Ne-

(*) Verosimilius est S. Prosperum, quam Cœle
 stinum Papam, horum Articulorum Auctorem esse.

(**) Nempe illam potentiam, quæ ante pecca
 tum ad Bonum erat expeditior. Sicut Fleurius
 inferius explicat.

KVI.
æ ad
ratia
rtem
cita
mon
e glo
inque
zifro
te lu
r, m
n, ap
e illo
dver
pro
orum
Papa
hines
ocen
uinæ
ctari
abat
. Ne
Cæle
n esse
bece
euria

2. Nemo seipso bonus; sed necessarium, ut, qui solus bonus, se ipsum homini communicet. 3. Nemo, etiam per Grati-
am Baptismi renovatus, tentationes Diaboli, & Desideria carnis vincere potest, nisi per quotidianum Dei auxilium donum in bono perseverandi accipiat. Hi tres articuli ex epistola Papæ, S. Innocentii, ad Concilium Carthaginense, anno 417. data, excerpti. In primo articulo in voce: Naturæ potentia, illa potentia accipienda, quam homo in iustitia originali constitutus habebat. 4. Nemo bene libero arbitrio utitur, nisi per Grati-
am Jesu Christi. Istud extractum ex epistola ejusdem Papæ, ad Concilium Milevitanum data. 5. Omnia desideria, opera, & merita Sanctorum ad Dei Gloriam referenda, quia nemo Deo gratus, nisi per Dona a Deo accepta. (*) Istud ex epistola Zosimi Papæ ad omnes Mundi Episcopos, adjuncta Episcoporum Africae reflexione, sumptum. 6. Deus in cordibus hominum, & in ipso libero arbitrio
P 2 ita

Sæculum V.
A.C. 431.
ep. 24. to. 2.
Conc. pag.
1284.
ep. 25.

(*) Aus dieser Stelle hätte der Protestantische Uebersetzer lernen sollen, daß man auch im fünften Jahrhundert die Lehre von den menschlichen Verdiensten in eben dem Verstande, als noch heut zu Tage geschiehet, angenommen, und zugelassen habe. Diese Lehre, weil er sie nicht versteht, nennet er ein Verderben.

Sæculum V. ita operatur, ut sancta cogitatio, pium
A.C. 431. desiderium, omnis bonæ voluntatis mo-

Sup. XXIII
S. 50.

tus, ab ipso sit. Si enim quidquam bo-
 ni possumus, illius auxilio possumus, sine
 quo nihil possumus. Ex ejusdem Zosimi
 Papæ epistola, quæ hodie desideratur.
 7. Gratia JESU Christi, per quam justifi-
 camur, non tantum datur ad remissio-
 nem peccatorum commissorum, sed ut
 nos adjuvet, ne imposterum committa-
 mus, idque non solum dando nobis præ-
 ceptorum intellectum, ut sciamus, quæ
 desiderare, aut vitare oporteat, sed dum
 facit, ut amemus, & facere possimus,
 quod faciendum cognoscimus, rursusque
 non tantum ut facilius, sed ut absolute

Sup. XXIII faciamus. Excerptum ex Canonibus ter-
S. 48. tio, quarto, & quinto Concilii Carthagi-
 nensis, prima Maji anno 418. celebrati.

8. Discimus quoque, quid credere debeat
 mus ex orandi ratione, ab Apostolis in
 totum Mundum inducta, & æqualiter in
 tota Ecclesia Catholica observata, qua
 Deum precamur, ut Fides Infidelibus,
 Idololatriis, Judæis, Hæreticis, Charitas
 Schismaticis, Pœnitentia peccatori-
 bus, (*) Gratia Baptismi Catechumenis
 detur.

(*) Es heisset im Herrn Fleury: La penitence
 aux pecheurs. Pœnitentia peccatoribus. Allein
 unser übergelehrte Dollmetscher hat ein Wort hine-
 eingeschicket: Den ärgerlichen Sündern Buß-
 Muth.

detur. Hujusmodi preces non sunt va
 næ formulæ, cum earum effectum in mu- Sæculum V.
A.C. 431.
 torum conversione experiamur, & inde
 Gratias Deo reddamus. 9. Exorcizandi,
 & insufflanti Ceremoniæ, quas tota Eccle-
 sia observat, ut tam infantes, quam adul-
 ti ad Baptismum disponantur, satis osten-
 dunt, ipsam credere, eos sub potestate
 Dæmonis teneri.

Ergo confiteamur, necesse est, Gra-
 tiam meritis hominum priorem esse; li-
 berum arbitrium non tollere, sed illud
 liberare, illuminare, erigere, & sanare.
 Deus vult, nempe optimus Deus! ut do-
 na ejus merita nostra fiant, eis que mer-
 cedem æternam concedit. (*) Ipse in
 nobis facit, ut velimus, & faciamus, quod
 vult. Sed dona Dei in nobis otiosa non
 P 3 sunt.

Muthmaßlich darum, weil nach seiner verderbten
 Gottesgelahrtheit nur diejenigen Sünder Buß zu
 thun schuldig sind, welche der Gemeinde Uergerniß
 gegeben. Für die Sünden, welche vor den Augen
 der Menschen verborgen bleiben, giebt es keine.

(*) Unser Uebersetzer hat sich einmal vorgese-
 het, die Verdienste des Menschen zu vertilgen, es
 koste was es wolle; sollte er auch der unschuldigen,
 und so schön gebildeten Wahrheit Ohren und Nasen
 abschneiden müssen; darum hat er diese Worte in
 seiner Uebersetzung auf der 440. Seite also verfäls-
 chet: Gott ist zwar so gütig, daß seine Ga-
 ben unser Schmuck, und unser Vorzug seyn
 sollen.

Sæculum V.
A.C. 431.

c. 13.

sunt, Gratia ejus cooperamur, & si te-
por irrepit, infirmitatis nostræ effectus
confestim ad eum recurrimus. Quan-
tum attinet ad quæstiones profundas, &
difficiliores, ab iis fusc tractatas, qui Hæ-
reticos oppugnarunt, non eas contem-
nendas existimamus, sed opus non est,
ut de iis agamus. Satis est nobis, ape-
ruisse, quid de Fide Catholica esse cre-
damus.

§. XIII.

S. Patritius in Hibernia.

Sup. XXV. §. 15.
Bolland. 17. Mart. to. 7. p. 522. §. 7.
Sanctus Cœlestinus Papa comperto obi-
tu S. Palladii, quem in Scotiam mise-
rat, eidem S. Patritium substituit, ordina-
vit Episcopum, & in Irlandiam misit, ut
ibi Fidem prædicaret. Tunc temporis
S. Patritius annum ætatis agebat circiter
quingagesimum quintum, in Scotia in
territorio civitatis Acludensis, quam ho-
die Dumbrittonensem vocant, circa ann.
377. natus. Cum esset sexdecim anno-
rum, captivus in Hiberniam abductus,
ibique quinque vel sex annos versatus, il-
lius populi mores, & linguam didicit.
Circa annum deinde 400, a Piratis in Gal-
liam devectus, Monasterium S. Martini
adiit, acceptaque tonsura Monastica, tres
annos ibi moratus est. In magnam Bri-
tanniam reversus, indeque in Italiam na-
vigans, septem annos illius Regionis, &
vici-

vicinarum Insularum Monasteria visitando transegit. Presbyter ordinatus, tres annos cum Sancto Seniore, quem Episcopum Pisanum fuisse credunt, permansit. Interim Divinitus sibi imperatum credit, ut convertendis Hibernis adlaboraret. Illuc delatus nihil egit, Barbaris prædicantem audire nolentibus. Ergo in Galliam rediit, & annis septem apud S. Germanum Antissiodorensis expletis, in Insulam Arelatensem, id est, Lerinensem se contulit, ibique novem annos perseveravit.

Sæculum V.
A. C. 431.

Tunc, suadente S. Germano, Romam perrexit, atque S. Cœlestinus Papa Episcopum ordinatum circa annum 432. misit in Irlandiam. Jam vero Prædicationis suæ uberrimos fructus tulit, zelum ejus fulcientibus miraculis. Hinc tanquam illius Insulæ Apostolus colitur. Uno ferme, postquam advenisset, anno, Monasterium Sabaliense prope Civitatem Dunensem fundavit, & S. Dunnium, Discipulum suum, Abbatem constituit. Ipse quoque Ecclesiæ Armacanæ, totius Regionis Metropolis, fundator est. S. Patritius vitam ducebat admodum rigidam, omnia sua itinera usque ad annum ætatis quinquagesimum primum, id est, usque ad susceptum Episcopatum, pedes confecit; exinde deterrimæ in Irlandia viæ coegerunt, ut vehiculo uteretur.

Sæculum V.
A. C. 432.
Idem ipse apud Hibernos litterarum usum
invexit; antea nulla ibi monumenta pu-
blica, nisi versus leonini ab illius gentis
Poetis, quos Bardes appellabant, compo-
siti; his Patriæ Historia referebatur. S.
Patricius bis præterea Romam iter susce-
pit, nempe anno 444. & 455. & circa an-
num 460. annos vitæ numerans octogin-
ta tres, vivere desit.

§. XIV.

*S. Cælestini Epistolæ Constantinopoli-
tim datæ.*

Sanctus Cælestinus Papa, acceptis in Na-
talitiis Domini an. 431. epistolis, qui-
bus Nestori damnatio, & Maximiani Ele-
ctio in Episcopum Constantinopolitanum
nuntiabantur, eas in Ecclesia S. Petri re-
citari iussit, ut confirmaretur fides de
Incarnatione, quod Mysterium illis festis
commemoratur. Hanc lectionem uni-
versi populi plausus exceperunt. Papa
deinde quatuor scripsit responsorias ea-
dem die, Idibus Martii, Aetio, & Vale-
rio Consulibus, nempe decima quinta
Martii, anno 432. datas. Prima ad Con-
cilium Ephesinum, scilicet ad Episcopos,
qui interfuerant, dirigitur, sextus quippe
mensis effluxerat, ex quo Concilium so-
lutum fuerat. Papa Patribus gratulatur
victoriam de Hæresi, Nestorii Depositionem,
& ordinationem Maximiani, quem
summo-

*tom. 3. Conc. Eph. p. 1069.
p. 3. l. 20.*

summopere laudat. Dicit, quod eum Sæculum V. A. C. 432.
 tanquam proximum Sifinnii Successorem
 habeat, sibi que Sedes sub Pontificatu Ne-

storii vacasse videatur. Dicit, se, sicut
 omnes Episcopos Catholicos, ordinationi
 Maximiani Spiritu interfuisse. Queritur
 Nestorium Antiochiam rediisse, cujus
 Episcopum in suas partes traxisset, hor-
 taturque Patres, ut, si possint, efficiant,
 ipsum penitus amoveri, & in quamdam
 solitudinem relegari. Loquens deinde
 de Nestorii complicibus, dicit, in ejusmo-
 di casu admodum circumspecte agendum.

*Si convertuntur, libertas iis fit redeundi,
 quæ illis negatur, qui cum Hæresis Aucto-
 ribus damnati. Hi interim excommuni-
 cati sint, & Sedibus suis pulsati, donec se Ca-
 tholicos profiteantur, quamvis, Gratia ab
 Imperatore subreptitie obtenta, fuissent
 restituti. In causa Episcopi Antiocheni,
 si spes emendationis affulgeat, cupimus, ut
 ei scribatis, nisi novellam Hæresin, litte-
 ris sua manu signatis, damnet, fore, ut Ec-
 clesia de ipso, quod fidei bonum exigit, de-
 ceant. (*)*

Altera epistola ad Imperatorem Theo- ibid. c. 20
 dosium directa est. In ea Summus Pon-
 tificex laudat ejus pro fide zelum, probat
 P 5 ordina-

(*) Ex his tam Communio Ecclesiarum Orien-
 talium cum Romana, quam Summi Pontificis in
 easdem Auctoritas comprobatur.

Sæculum V. ordinationem Maximiani, quem tanquam
 A.C. 432. Ecclesiæ Romanæ membrum agnoscit
 præcipue id urget, ut removeatur Nestorius,
 quo ipsa Hæresis radicitus eyellatur. Sub finem
 epistolæ causæ privatæ curam Imperatori commendat;
 scilicet ut Illustris Dominae Probæ constitutionem
 assereret; hæc cuidam agros, quos in Asia possidebat,
 reliquerat hac conditione, ut major pars reddituum
 alendis pariter Clericis, & Monachis impenderetur,
 quod ille integra fide non exequabatur. In tertia
 epistola ad Maximianum data, hortatur, ut post tot
 ærumnas Ecclesiæ Constantinopolitanæ statum repararet,
 Joannis in prædicando fortitudinem, Attici adversus
 Hæreticos vigilantiam, Sanctamque Sisinnii in moribus
 Simpliciter imitaretur. Sigillatim monet Pontifex,
 ut vigorem sacerdotalem obiciat Hæresi Celestii, id est, Pelagii, quorum
 Sectatores in dies novos, ut resurgerent, conatus
 adhibebant. Epistola quarta ad Clericos, & populum
 Constantinopolitanum data. Papa totum hujus causæ
 ordinem refert, periculum, quod evaserant, memorat,
 sollicitudinem, quam ipse pectus presserat, S. Cyrilli
 zelum, ejusdemque, ut Nestorium ad saniora reduceret,
 conatus; quæcunque ipse Papa fecisset, postulat
 a Nestorio Concilium, cui tamen se sistere non esset ausus.

c. 22.

& denique auxilium a Pelagianis quæsi- Sæculum V.
 tum. Deinde Papa Ecclesiam Constanti- A.C. 432.
 nopolitanam hortatur, ut bono affectu
 audiant Maximianum, non nisi antiquam
 Doctrinam, quam in sinu Ecclesiæ Roma-
 næ hausisset, prædicaturum, & in fide
 constantes permaneant. Quatuor istæ
 epistolæ per Joannem Presbyterum, &
 Epictetum Diaconum, qui epistolas Con-
 stantinopoli scriptas, Romam attulerant,
 missæ. Cum vero Romam ad Christi
 Nativitatem pervenerint, conjectura est,
 ipsos circa festum Resurrectionis, quod
 hoc anno 432. in tertiam Aprilis incide-
 bat, Constantinopolim attigisse.

§. XV.

S. Cœlestini obitus. Sixtus III. Papa.

Sanctus Cœlestinus Papa datis his epi-
 stolis haud ultra tres septimanas su-
 perstes fuit. Obiit sexta Aprilis, ejusdem
 anni, cum Sacram Sedem annis novem,
 & decem mensibus tenuisset. Ab ipso
 institutum dicitur, ut ante Missæ Sacrifi-
 cium Psalmi canerentur, cum prius solum
 Epistolæ S. Pauli, & Evangelium legeren-
 tur; ex his haud dubie colligendum,
 hunc Papam jussisse, ut Psalmus in Introi-
 tu Missæ recitaretur, sicut S. Augustinus
 testatur, suo ævo Carthagine morem in-
 vectum, ut ad Offertorium, & Commu-
 nionem Psalmi canerentur. S. Cœlesti-

NUS

Sup. XXIV

§. 32.

II. Retract.

c. 2.

Sæculum V. nus Basilicam Julianam dedicavit, & ma
 A. C. 432. ta ibi vasa argentea, rursusque ad S. Pe
 trum obtulit, universim 1136. Libras Ro
 manas, nempe 1704. Marcas, quod quin
 quaginta & uni millibus, atque centum
 viginti libris nostris æquivalet. Idem Pa
 pa tres ordinationes fecit Mense Decem
 bri, quibus Presbyteros triginta duos
 Diaconos duodecim, & Episcopos qua
 draginta sex ordinavit. Sepultus est in
 Cœmeterio Priscillæ. Et Sacra Sedes
 viginti diebus vacavit. Successorem ha
 buit Sixtum, Nomine isto tertium, Ro
 mæ natum, qui 26. Aprilis, anno 432. or
 dinatus, Sacram Sedem ferme annos octo
 tenuit. Is antea Ecclesiæ Romanæ Pres
 byter fuit, idemque, ad quem S. Augusti
 nus celebrem illam de Gratia epistolam
 dedit.

*Chro. Prosp.
 & Marcell.
 Sup. XXIII
 §. 57.*

S. Sixti ordinatio omnibus consentien
 tibus facta; præsentibus duobus Episco
 pis ex Oriente, Hermogene Rhinocora
 rano ex Ægypto, & Lampetio Cassien
 ab Episcopis, qui Concilio Ephesino ad
 fuerant, cum epistolis commendatitiis
 S. Cyrilli missis. His S. Sixtus Responso
 rias ad S. Cyrillum, aliosque Episcopos
 ferendas credidit, quamvis jam, quid sen
 tiret, satis declarasset per epistolas, quas
 Clericis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, &
 uni S. Cyrilli Diacono commiserat red
 dendas. Ambas epistolas, quas Episco

pi Hermogenes, & Lampetius detulerunt, habemus; prima ad S. Cyrillum speciatim data; altera erat circularis ad omnes Episcopos, a quibus fuerant delegati. Hæc duo præcipue continent; nam primo Papa Episcopis ordinationem suam notam facit, sicut more receptum erat; deinde Ecclesias Orientis ad concordiam reducere conatur. Laudat zelum S. Cyrilli, qui deposito vindictæ spiritu, & acceptarum injuriarum immemor, unice Ecclesiarum paci restituendæ studet. Papa eandem sibi esse sententiam pronuntiat; omnes, qui sponte in viam bonam regrederentur, esse recipiendos, Ecclesiis vero illorum, qui pacem respuerent, de alio Pastore providendum. Nominatim de Joannis Antiocheni causa edicit, si pro Episcopo Catholico haberi velit, ipsi esse damnanda, quæcunque Ecclesia damnasset.

§. XIV.

Divisio in Oriente.

Revera in Oriente animi acriter dissentiebant. Joannes Antiochenus Concilio Ephesino rediens, cum esset Antiochæ, ad Antiochum, Præfectum Prætorio, scripsit, nec se, nec suæ Partis Episcopos pro Episcopo agnoscere Maximianum Constantinopolitanum, nec eos, qui ipsum ordinarunt, nec illos, qui ab ipsis

in

Synod. Baluz. c. 38.

Sæculum V. in aliis locis ordinati, rogans ut ista Imperatori, & Consistorio ejus referat. Tarfi

A. C. 432.

c. 66. 141.

174.

Joannes, & Sectatores ejus, in Concilium congregati, de novo S. Cyrillum, & septem Episcopos, qui in ordinatione Maximiani Constantinopoli fuerant, nempe Arcadium, Papæ Legatum, Juvenalem Jerosolymitanum, Flavianum Philippensem, Firmum Cæsariensem ex Cappadocia, Theodotum Ancyranum, Acacium Melitensem, & Evoptium Ptolemaide-

Socr. V. c. 34. Liberat. c. 6. num deposuerunt. Joannes, ubi Antiochiam pervenit, rursus Concilium convocat, in quo Orientales denuo Depositionem S. Cyrilli, & omnia, quæ egerant, confirmarunt. Ad Imperatorem etiam

Baluz. Synod. c. 39. scripserunt, ut declararent, se articulos S. Cyrilli detestari, & rogarent, ne in ulla Ecclesia hos doceri pateretur.

Joannes Antiochenus, ejusque Concilium a sua Communione rejecerunt etiam Rabbulam, Episcopum Edeffenum, cujus conversionem meminimus; is in

Synod. c. 43. Concilio Ephesino præsens, & initio Orientalium factionem secutus, postmodum S. Cyrilli Doctrinam tanquam solam veram cognoverat, & Theodorum Mopsuestenum, ejusque libros legentes anathematizaverat. Libros etiam Andreae Samofateni, & Theodoretii contra Cyrillum damnaverat. Ergo, accusante Andrea,

Schisma in Oriente.

Concilium Antiochenum Episcopis Osroenes

nes præcepit, ne cum Rabbula commu-
nicarent, donec, in iudicium vocatus,
examen subiisset. Sub idem tempus
Theodoretus, suis semper præjudiciis oc-
cupatus, quinque libros de Incarnatione
scripsit, quibus S. Cyrilli, & Concilii Ephe-
sini Doctrinam oppugnabat. De iis non
nisi Extracta habemus. Scripsit quoque
consolatorias ad populum Constantino-
politanum, cujus magna pars semper Ne-
storio favebat.

At Catholici suis partibus non de-
rant, sed strenue contra Schismaticos age-
bant, Imperatoris Auctoritati innixi. Fir-
mus Episcopus Cæsariensis in Cappadocia
Thyanam venit, Episcopum alium in lo-
cum Eutherii ordinaturus, sed Comes
Longras Isauros misit, qui Eutherio auxi-
liarentur; itaque Eutherius, viribus su-
perior, præter alios illum ipsum, quem
pro se Firmus in Episcopum ordinaverat,
inter captivos suos numeravit; is in ex-
cusationem attulit, se vi adhibita invitum
fuisse ordinatum, & assumpto pallio mi-
litari, ad Theatrum processit, expectans,
donec Spectatores venirent. Marciano-
poli, Mœsiæ Metropoli, in locum Dorot-
hei, Nestoriani, ordinatus est Saturni-
nus, quo Plintha, Magister militum, se
contulit, ut novum Episcopum in posses-
sionem mitteret; acriter resistebat po-
pulus, nihilominus ad ultimum vicit, &
Episco-

Sæculum V.
A. C. 432.

c. 44.

Merc. Garn.
p. 265.
Auct. Theod.
Baluz. Sy-
nod. c. 40. 47.

c. 45.

c. 46.

Conc. C. P.
to. 4. p. 183.
230.

Sæculum V. Episcopus Marcianopolitanæ urbis fuit
 A. C. 432. Helladium Tarsensem quoque, quod no-
 men Maximiani Dypticis inscribere no-
 nueret, Sede sua pellere nitebantur. Ple-
 res alii Episcopi ejecti.

Synod. c. 48.
 49. c. 47.

§. XVII.

Aristolaus pro pace Legatus.

Ut his malis remedium ferret, Imperator Theodosius Maximianum, & plures alios Episcopos, qui post ejus Ordinationem Constantinopoli manserant, ad se accersit, & quo pacto Ecclesiæ pax reddi possit, consulit. Responderunt: *omnia necessarium, ut in materia fidei consentiant.* Joannes Antiochenus *Doctrinam Nestorii anathematizet, ejusque Depositionem probet.* Cyrillus sua ex parte, *omnia, quæ Ephesi acta, oblivioni tradat.* Imperator, laudato consilio, epistolam ad Joannem Antiochenum dedit, sequentis tenoris: *Absque omni mora Nicomediam te conferas, nullum Episcopum tecum habeas, verum solummodo paucos Clericos, qui tibi ministrent.* Sanctissimum Episcopo Cyrillo quoque mandavimus, ut illuc eat, nolumus vero, vel unum vel alterum in nostrum conspectum venire, donec collocuti, & plene reconciliati fueritis. Interim circa depositiones, & ordinationes Episcoporum nihil mutabitur. *Omnia facta sunt, ita erunt.* Sufficiunt Clerici

Ep. Cyr. ad
 Acac. Conc.
 Ephes. p. 3.
 c. 35.

ibid. c. 24.

qui Ecclesiis serviant, donec firma pax redierit. Hæc Epistola de Papa Cœlestino, ac si in vivis ageret, mentionem facit, unde colligendum, scriptam esse, antequam de obitu ejus nuncium Constantinopolim afferretur, id est, ante finem mensis Aprilis, anno 432. Simul Imperator ad Acacium Bereensem scripsit, inter Episcopos Syriae Seniores, qui in animum Joannis Antiocheni plurimum poterat. Scripsit etiam ad S. Simeonem Stilitem, cui vita, miraculis clara, haud parum auctoritatis tribuebat. Aristolaus Tribunus, & Notarius, has Epistolas ferre jussus; & Plinthæ, Magistro Militiæ, mandatum, ut, si res posceret, militare auxilium eidem præberet.

Cum hæc comperisset Joannes Antiochenus, timuit, ne vi Constantinopolim raperetur, scripsitque ad Alexandrum Hierapolitanum, Schismaticorum zelotissimum, in hunc modum: *Si in mea Synod. Ba-*
potestate est, ire, vel non ire, communi lux. c. 50.
consilio deliberandum, quid respondeam;
si vi res agitur, saltem ultimum vale vobis dicam. Sed rursus ea est valetudinis meæ infirmitas, ut quantumcunque urgeat Cyrillus, iter ingredi non sufficiam. Nonnulli etiam amicorum per Epistolas monuerunt, esse, qui vitæ meæ, si in via fuerit, insidientur. Hinc rogo vos, ut post

Hist. Eccles. Tom. VI.

Q

con-

Sæculum V.
A. C. 432.

c. 26.

c. 25.

Sæculum V. *conventum, qui sub id temporis Cyri
A. C. 432. solet, cum S. Episcopo Theodoro, &
mnibus, quos adducere poteritis, cele-
ter ad me veniatis; veniendi causam pro-
texetis, Magistro militum debitum Di-
gnitati ejus obsequium præstandum.*

Alexander Antiochiam venire no-
omisit, habens secum Macarium Laodi-
cenum, Andream Samosatenum, Theo-
doretum, & ut verosimile est, quosdam
alios. Rumorem in vulgus sparsum
quod Joanni Antiocheno vis pararetur
falsum esse cognoverunt; ipse Aristola-
us abiturum Nicomediam non urgebat
sed spatium Joanni concessit, quo Antio-
chia Concilium ageret; in eo Orientales
sex propositiones conscripserunt,
quas ut S. Cyrillus approbaret, exigebant.
Syn. Baluz. Ex his prima tantum nobis
perest, quæ disputationis summam exhibet,
in hunc modum: *Fidei Nicenæ in-
hæremus, & explicationi, quam Beatus
Athanasius in Epistola sua ad Epictetum
dedit; sed nova dogmata quibusdam E-
pistolis, aut articulis inserta rejicimus,
quod turbarum causa sint.* His S. Cy-
rilli scripta, & præsertim duodecim ar-
ticulos denotabant. Acacius Bereensis
ad S. Cyrillum scripsit, ad pacem horta-
tus, & has sex propositiones transmittens.
Hæc ipse Aristolaus ferenda suscepit, &
c. 55. Alexandria reddidit; inde S. Cyrilli re-
sponsum

sponsum ad Acacium per militum Ducis Sæculum V,
 manus, cui nomen Maximus, remisit. A. C. 432.

§. XVIII.

*S. Cyrilli Epistola ad Acacium
 Bereensem.*

Sanctus Cyrillus in sua Responsorio di-
 cit, Orientales petere, quod sibi fa-
 cere esset impossibile, cum velint, ut ea
 omnia, quæ ante Concilium Ephesinum
 scripsisset, damnet. *In eo ipsis consentio,*
 inquit: *Symbolum Nicænum sufficere;*
ea vero, quæ ego scripsi, solum contra no-
vos Nestorii errores pugnant, hæc si mo-
do retractem, consequens erit, ipsum vera
docuisse, nosque errasse, dum damnavimus,
& deposuimus. Vides igitur, quam lon-
ge absint, ut pacem velint, dum nos ad
Divisionis originem revocent. Satius
fuiisset, si cum Ephesum venerunt, nobis-
cum damnassent Nestorium. Si vero tar-
dus adfuerunt, nihil obstabat, quo minus
acta sibi communicari peterent, & ea, quæ
alii omnes judicaverant, approbarent. Et
si in aliquo errassemus, num tantus error
fuit, ut ne quidem alloquio digni videri
potuerimus? tres omnino anni effluxe-
rant, ex quo Nestorii Blasphemias utcun-
que tolerabamus; omnes autem niteba-
mur, & tu nobiscum, ut menti ejus sa-
niora ingereremus. Tandem cum Concilio

c. 56.

Q 2

602-

Sæculum V. constaret, ipsum etiam Epbesi in erro
A. C. 432. perseverare, cum videret, virum nec co
 rigi posse, nec flecti, nec ad pœnitentiam
 adigi, contumacem Sacerdotio privato
 at simul Concilium fidem Nicœnam con
 firmavit. Ego vero contumelias, quæ
 pertuli, propter amorem Dei, Reveren
 tiam Imperatoris, id cupientis, & Eccle
 siæ utilitatem, libentissime obliviscor, &
 Fratribus meis ignosco. Interim Dei
 voluntas est, & Imperatoris, ut condemna
 tionem Nestorii probent, & ejus Blasph
 emias anathemate persequantur. Ex hoc
 unico Ecclesiarum Pax pendet.

Quia autem sunt, qui mihi impruden
 ter errores Apollinaris, Arii, aut Euna
 mii affingunt, edico, me per Gratiam Sal
 vatoris semper fuisse Orthodoxum. Ap
 pollinarem, & omnes alios Hæreticos
 anathematizo. Confiteor, Jesu Christi
 corpus anima rationali vivere, nullam na
 turarum esse confusionem, Verbum dico
 num secundum suam Naturam esse immu
 tabile, & impassibile. Verum etiam
 firmo, Christum, & Dominum, Filium
 Dei unicum, illum ipsum esse, qui in car
 ne sua passus est, sicut Petrus dicit. Quan
 tum attinet ad duodecim articulos, solum
 modo contra errores Nestorii positi sunt,
 postquam pax Ecclesiis reddita fuerit, &
 nos alter alteri libere, & fraterne scri
 bemus, facillime omnibus dubitantibus
 circa

1. Petr. 4.7.

Sæculum V. lum errorem emendasse, quem in duodecim articulis defenderat; at condemnationi Nestorii subscribere recusavit, dicens, non posse se damnare hominem in cuius causa Iudex non sedisset, Orthodoxum, & solummodo ex falsis librorum suorum excerptis damnatum.

c. 57. 58. 64. Verum Alexander Hierapolitanus
65. 69. S. Cyrilli Epistolam simpliciter rejecit, pristinos in ea se videre errores dicebat, volebatque, ut ante omnia duodecim suos articulos damnaret; *Nihil, aiebat in materia fidei cuiquam indulgendum.*

c. 58. 64. *Quando vidi Acacium, & Joannem mentem mutasse, optavi, ut debiscens terra me vivum absorberet, & nisi me timor Dei continuisset, relictis omnibus, in desertum auffugissem. Dextrum mihi met ipsi oculum prius eruam, & manum amputem, quam in tantum nefas consentiam.*

c. 69. Nihilominus consilium dabat; ut duotresve ex Orientalibus in Ægyptum proficiscerentur, & quæ S. Cyrillus sentiret, certius explorarent. Maximinus Anazarbensis, Helladius Tarsensis, & Eutherius Thyanaus, (*) cum Alexandro sentiebant,

(*) Hier sagt der Uebersetzer in seiner Anmerkung: Dieser Eutherius hat eine sehr schöne Schrift hinterlassen. So lasset uns sehen, warum sie ihm so sehr schön vorkomme. Eutherius war einer von den hartnäckigsten Schismaticis, welche

tiebant, & S. Cyrilli Epistolam absolute Sæculum V.
 rejiciebant. Andreas Samosatenus in A. C. 432.

Q 4 eo

che, ob sie schon sehr wenig, sich niemals bewegen
 lassen die Kezerey des Nestorius zu verdammen;
 als man ihm vorstellte, daß Nestorius gleichwohl
 von den allermeisten verdammet worden, sagete er
 unter andern in dieser Schrift: Ich verachte
 nicht eine jegliche grosse Anzahl, aber ich ehre
 nur diejenige, die mich lehret, nicht aber die,
 so einen blinden Gehorsam von mir fordert.
 Und dergleichen Schönheiten sezete er mehr hinzu.
 Allein, wer hat von ihm einen blinden Gehorsam
 verlangt, oder daß er den Nestorius blos darum
 verdammen sollte, weil ihn die grössere Anzahl ver-
 dammet hätte? Hätte er nur seinen harten Sinn
 fahren lassen, und die Augen eröffnet, so würde er
 gesehen, und erkannt haben, daß die Lehre Nestorii
 von der Menschwerdung Christi auf keine Weise mit
 der Lehre der heil. Schrift vereinbarlich sey. Fer-
 ner saget Eutherius: Wenn ihr mir nun eine
 solche Menge entgegen stellet, um die Lügen
 zu unterstützen, so thut ihr nichts anders, als
 daß ihr mir die Grösse des Uebels, und die
 Menge miserabler Leute zeigt. Die ganze
 christliche Welt, welche damalen den Nestorius ver-
 dammete, wäre wohl werth gewesen, daß Eutherius
 mit Bescheidenheit davon geredet hätte; aber es ist
 eine sehr schöne Schrift, es hat sie ein Ueberläufiger
 von der Römischen Kirche verfasst, sie gefällt un-
 serm Uebersetzer sehr wohl. Was Eutherius von
 dem Lesen der heil. Schrift meldet, gefällt dem
 Uebersetzer nicht weniger, denn er saget: In dem
 zweyten

Sæculum V. eo cum Alexandro ejusdem erat sententia, quod crederet, S. Cyrillum in errore perseverare, sed cum Theodoro petebat, propter bonam pacem dissimulare posse, & suffecturum, si generatim illi damnarentur, qui duos Filios admitterent, aut Jesum Christum purum hominem dicerent.

A. C. 432
e. 62. 63.

§. XIX.

Paulus Emesenus Alexandria.

e. 76. Joanni Antiocheno satis videbatur, Sanctus Cyrillus errorem Apollinaris & Naturarum confusionem clare damnet; hinc, cum pacem cuperet, Beream se contulit, bonum Senem Acacium visurus, Episcopum, quem omnes alii venerabantur, ut Patrem; is totis viribus reducendæ paci adlaborabat. Omnibus mature in deliberationem vocatis, statue-

zweyten Capitel zeuget er (nämlich Eutherius) sehr nachdrücklich wider diejenigen, welche damals schon anfiengen zu lehren, daß es unnöthig sey, die heil. Schrift selbst, und fleißig zu lesen. 2c. Unter den Katholicken ist die heil. Schrift, wenigstens das Neue Testament, fast in einer jeden Bauerhütte zu finden, und wird jedermann alle Sonn- und Feiertage in der Kirche deutsch vorgelesen, und ausgeleget; das Alte Testament zu lesen ist niemand verbothen. Wer mit diesem nicht zufrieden seyn will, verlangeret mehr von uns, als Christus der Herr befohlen hat.

tuerunt, Paulum, Episcopum Emesenum, Sæculum V. A. C. 432.
 rogandum, ut profectioem in Ægyptum
 susciperet, & S. Cyrillo coram loqueretur; cum scirent, viva voce omnia melius peragi. Paulus, vir erat, gerendis rebus par, notissimæ fidei, qui nomine Acacii Bereensis in Concilio Ephesino subscripserat. Iter ergo ingressus est. Joannes Antiochenus, quid simul decrevissent, Alexandro Hierapolitano perscripsit, exhortans, ut consentiret; temporum rationem non permittere, ut omnia summo rigore tractarentur, nec victoriam, majori, quam expediret, impendio quærendam; non hic subesse causam omnia relinquendi, & Martyrii periculum subeundi. Præstare, si Ecclesiæ tranquillitatem redderent. His Alexander nihil motus pervicaciam nunquam exuit. c. 77. 136. Do-
 rotheo vero Marcianopolitano, aliisque c. 77. 136. Mœsiæ Episcopis placuit decreta Pauli Legatio, monebantque, a Cyrillo exigendum, ut in Jesu Christo duas naturas sine confusione agnosceret.

Paulo Emeseno, Alexandriam delato, Cyr. ep. ad Acac. 3. part. Conc. Ephes. c. 35. Syn. c. 80.
 expectandum fuit, donec morbus gravissimus, in quem S. Cyrillus incidit, remitteret; post hæc S. Cyrillus cum eo longos sermones texuit de his, quæ contra se Ephesi acta fuerant, sed volens istorum memoriam deleri, ut ad magis necessaria desisterent, interrogavit, num

Q 5 a Joan-

Sæculum V.
A. C. 432.

a Joanne Antiocheno Epistolas attulisset tunc Paulus Epistolam ei reddidit, in qua Joannes dicebat: *Magna semper in te propensione animi fui, etiam nunquam visum, sed hi articuli divisionis causa extiterunt. Initio hoc opus tuum esse nobis persuaderi non poterat, quod ab Ecclesiæ Doctrina remotissimi viderentur; jam verò pleraque correxisti, nobisque spem optimam, data ad Acacium Epistola, fecisti, quæ omnibus pacem Ecclesiæ amantibus summum gaudium attulit; ubi hæc confirmata fuerit, quæ adhuc sunt dubia, dissipabuntur. Porro id nobis maxime lætitiæ causa fuit, quod Epistolam, communis nostrum omnium Patris, Beati Anthonasii, gratanter receperis; hæc sola omnibus litibus dirimendis sufficit.* Deinde Joannes Antiochenus S. Cyrillum hortabatur, ut, quæ ipsius essent, ad pacem firmandam conferret, sic anathematizandi finem futurum, sic fore, ut mutua Episcoporum persecutiones, populorum discordia, Judæorum, Paganorumque insultus cessent. (*) Tandem Pauli Eme-

(*) Der mit Galle gegen den heil. Cyrillus angefüllte Uebersetzer henket hier eine Anmerkung an, die sich her reimet, wie eine Faust auf ein Auge. Er suchet die Mordthat der Hypatia hervor, und sagt: Die grausame, und unnatürliche Züchtung der Hypatia bleibt für ihn ein ewiges

seni fidem commendabat, rogans, ut cum ipso, ea, quæ sibi ipsi, si venisset, locuturus esset, fiducia ageret.

Sæculum V.
A. C. 432.

Hæc

ger Schandstreck 2c. Er nennet den Damascius, welcher ihn als den vornehmsten Urheber dieser That soll angegeben haben, und sezet hinzu mit einer verstellten Gottesfurcht: Wollte Gott! daß er gelogen hätte! Ey Ey! Herr Uebersetzer! dieser Wunsch kömmt aus keinem aufrichtigen Herzen her, viel mehr ist es ihm ganz lieb, daß er auch nur einen falschen Schein gefunden, den heil. Cyrillus zu verleumdern. Es ist nicht genug, wenn ein Damascius, ein Heyd, und eben darum schon verdächtig, welcher das Leben Hadori, der gelehrten Hypatiæ Mann, beschrieben, ohne Probe diese That dem heil. Cyrillus, einem Katholischen Bischoffe, nach seiner Einbildung zugeschrieben. Es ist unbillig, dem heil. Cyrillus alles das beyzumessen, was ein wütender Pöbel zu Alexandria ausgeübet. Was der Uebersetzer von dem mit Geld nach Rom geschickten Diaconus, Edeus, saget, ist auch ohne Erweis, und Citation hingeschrieben. Socrates saget sonst nichts, als daß diese That dem heil. Cyrillus, und der Alexandrinischen Kirche einen schweren Vorwurf zugezogen. Fleury tom. V. p. 19. Wo ist aber ein Zeugniß, daß der heil. Cyrillus solches befohlen, oder daß es nur mit seinem Wissen, und Willen geschehen. Socrates saget ja, man habe solches auch der Alexandrinischen Kirche zur Last geleyet; Wer soll aber glauben, daß darum die ganze Gemeinde daran schuldig gewesen? Fleury, der sonst niemandes verschonet, saget es nicht, welches

Sæculum V.

A.C. 432.

Ep. ad Acac.

p. 1115. ep.

ad Don. c. 38.

p. 1152.

Hæc Joannis Antiocheni Epistola S. Cyrillo displicuit, quod exprobrationi esse proxima, atque exacerbandis animis aptior,

ches er nicht würde unterlassen haben, wenn er den Damascius für einen glaubenswürdigen Zeugen gehalten hätte. Nestorius hat den heil. Cyrillus, wie Herr Fleury erzählt Tom. VI. p. 8. bey dem Kayser durch einige Uebelthäter verleumden lassen. Aber eine Verleumdung ist keine rechtmäßige Klage, und man weiß nicht, was dieses für Klagen gewesen sind; von der Beschuldigung einer Mordthat liest man nirgend etwas. Der Joannes von Antiochia, und viele andere Feinde des heil. Cyrillus, haben ihn einer Kezerey, aber niemals eines Todtschlages beschuldiget. Nur unser Uebersetzer saget unverschämt; daß er seine Hände mit dem Blute dieser gelehrten, und unschuldigen *Dame* besleckt habe, und setzt hinzu: wie gelinde erinnert ihn Joannes von Antiochien daran. Das ist eine neue Lüge! der ehrliebende Leser merke nur, wie schändlich er hier die Worte Joannis von Antiochia, und des Fleury verfälschet. Herr Fleury erzählt hier die Worte des Joannes also: *Jean d' Antioche exhortoit ensuite Saint Cyrille à concourir à la paix, pour faire cesser les Anathemes, & les persecutions reciproques des Evêques, la division des peuples, & les insultes des Juifs, & des Payens.* Zu deutsch hätte man es geben sollen: Damit die gegeneinander gesprochene *Excommunicationes*, und *Gegenverfolgungen* der Bischöffe aufhören möchten. Aber unser Uebersetzer hat es also gegeben im 4ten Theile

ptior, quam placandis; itaque quamvis hęc Epistola restaurandę Communionis index esset, & testimonium, eam recipere nolebat, dicens: *Num qui ob facta pręterita veniam a nobis petere deberent, novas injurias addere cogitant? aliud expectabam, & tale, quod mihi solatium ferre possset.* Paulus Emesenus juramento affirmavit, Joannem simplici animo ista scripsisse, & zelo pro vera Doctrina impulsus. Tunc vero S. Cyrillus charitatis studio dissimulandum censuit, & huic excusationi acquiescendum. (*) Ante

Sęculum V.
A. C. 432.

450. Seite: Joannes von Antiochien ermahnerte hierauf Cyrillum, das Seinige zum Frieden mit beyzutragen, die ausgestossenen Anathemata zuruck zu nehmen, die Verfolgungen der Bischöffe abzustellen. Erstlich ist hier der Ausdruck: die ausgestossenen Anathemata, zweydeutig, weil die 12. Artikel des heil. Cyrillus auch Anathemata genennet wurden, und einige von ihm verlangeten, daß er solche widerrufen sollte; und dann hat er das Wörtlein: gegeneinander, *reciproques*, ausgelassen, um den heil. Cyrillus allein verhasset vorzustellen. Seine Bosheit ist auch mit Dummheit vermenget, denn ob schon die Worte des Bischoffes Joannes also lauteten, wie er sie fälschlich übersezet, so folgete gleichwohl nicht daraus, daß er den heil. Cyrillus eines begangenen Todtschlages erinnere.

(*) Hier hat der Uebersetzer die Worte: *Charitatis studio*. aus lauter Liebe zum heil. Cyrillus

Sæculum V. tequam autem Paulum ad Communio-
 A. C. 432. nem orationis Ecclesiæ admitteret, pe-
 tiit, ut data charta declararet, se Schis-

Conc. Ephes. mati renuntiare. Scripsit, quod peteba-
 3. p. c. 28. tur, per modum Epistolæ ad S. Cyrillum
 De Pace tra- præsentem directæ; dicit igitur Paulus
 ctatur. in hac charta, se, ut Epistolæ Imperato-

ris fieret satis, a Joanne Antiocheno, &
 Acacio Bereensi ad S. Cyrillum missum,
 quem ad pacem ineundam paratum, &
 promptum invenisset, eique in manus
 tradidisse libellum, qui fidem Catholi-
 cam integerrimam complecteretur; *He-*
enim, subjungit, *erat rei caput. Et quia*
de iis etiam statuendum, quæ Nestorium
tangunt, edico, nos ordinationem San-
ctissimi Episcopi Maximiani recipere, &
Nestorium, olim Episcopum Constantino-
politanum, inter Depositos habere, Do-
ctrinam impiam, quam tradidit, nos ana-
thematizare, & sincera mente tuam Com-
munionem amplecti, juxta eam explana-
tionem fidei, quam de Incarnatione Ver-
bi

rillus ausgelassen. Wenn man diesem Uebersetzer
 so oft als er den Fleury verderbet, ein schwarzes
 Strichlein mit seiner Dinte ins Angesicht ange-
 schmieret hätte, würde jedermann schwören, er
 müste in Mauritanien geböhren seyn. Unzählige
 andere Fehler, womit Fleury unverständlich wird,
 die ich nur in diesem XXVI. Buch beobachtet
 melde ich nur überhaupt, um dem Leser nicht ver-
 drüsslich zu fallen.

bi dedimus, quam tanquam propriam tuam confessionem recepisti, & cujus descriptum exemplum huic libello adjunctum. Hac inita Communione turbas, utrinque excitas, componere, & Ecclesias ad pristinam tranquillitatem reducere cupimus. Fidei expositio huic libello inserta hodie non visitur, sed eandem esse conjicere licet, quæ postea Joannis Antiocheni Epistolæ subjuncta.

Hoc libello tradito, Paulus ad preces Ecclesiasticas admissus, locum inter Episcopos in magna Ecclesia Alexandrina accepit. Ad populum quoque, S. Cyrillo præsentem, dixit, scilicet Die Nativitatis Domini, 25. Dec. & secundum Ægyptios 29. Chozac, eodem anno 432. in sermonis exordio, cum Angelis pacem annuntiavit; tum de Mysterio illius festi loquens, clarissime dicit: *Maria, Mater Dei, parit Emmanuel.* Tum populus exclamare: *Hæc est fides nostra! hæc est! hoc est Donum Dei! Cyrillus Orthodoxus! hoc est, quod audire in votis erat! qui aliter docet, anathema sit!* Paulus Emezenus subjunxit: *Qui non ita loquitur, & non ita sentit, anathema sit, & ab Ecclesia rejectus!* Tum sermonem profecutus, & Mysterii explicationem, præter alia dixit: *Nam duarum Naturarum perfectarum conjunctio, volo dicere, Divinitatis, & Humanitatis, unum solum*

Sæculum V.
A.C. 432.

Epist. ad
Theogn. 5.
p. 2. Cyr. p.
152. Conc.
Eph. p. 3.
c. 31.

Sæculum V. *lum Filium, unum solum Cbristum, unum*
A. C. 432. *solum Dominum effecit.* Ad hæc verba

populus iterum dicentis orationem in-
 terrupit, exclamando: *Bonis avibus ad-*
venisti, Episcopo Orthodoxe! Cyrillo dis-
gne! Donum Dei! Paulus paucis deinde
 verbis orationem absolvit, expresse ana-
 thema dicens illis, qui duos filios affir-
 mabant, aut Emmanuel esse purum ho-

Matth. 16. 16 minem; Confessionem etiam S. Petri
 attulit, unicum Filium Dei vivi agno-
 scentis. Tum pro more spatium eloquen-
 di Cyrillo dedit.

ibid. c. 32. Cum hac die Paulo sufficiens tempus
 spatium non fuisset, ut omnia expli-
 caret, altera vice post dies octo, in ma-
 gna Ecclesia Alexandrina nempe sexta
Tibi, seu prima Januarii, anno 433. o-

rationem ad populum habuit. Longior
 sermo fuit, quo Mysterium Incarnatio-
 nis contra errores Nestorii, & Apollina-
 ris exposuit. Tunc quoque populus bis
 faventi plausu orationis filum interrup-
 pit, & S. Cyrillus postmodum pauca de
 eadem materia subjunxit.

Cyr. ep. ad
Acac. Mal. Volebat Paulus, ut fidei explicatio,
 quam scriptam tradiderat, ipsius Joan-
 nis Antiocheni, omniumque Episcopo-
 rum Orientalium esse censeretur, utpote
 ipsorum nomine data, nec alia exigere-
 tur. Sed S. Cyrillus adduci non potuit,
 ut consentiret, dicens, confessionem
 Pauli

Pauli ipsi soli prodesse, & constanter pe-
 tiit, ut etiam Joannes Antiochenus fidei
 suæ expositionem scriptam daret. Id
 quoque a S. Cyrillo obtineri non potuit,
 ut Episcopi quatuor depositi, in quorum
 favorem Paulus jam a colloquii princi-
 pio sollicitabat ejus animum, restitui
 permetteret. Hi erant Helladius Tar-
 sensis, Eutherius Thyanæus, Himerius
 Nicomediensis, & Dorotheus Marciano-
 politanus. De istis S. Cyrillus edixit,
 nunquam se consensurum, ut inter Epis-
 copos haberentur. Hinc etiam ab inita
 pace exclusi.

S. Cyrillus, inito cum Paulo Emese-
 no consilio, fidei explanationem, cui
 Joannes Antiochenus subscriberet, dicta-
 vit, eamque duobus ex suis Clericis, u-
 nacum Epistola Communionis ad eundem,
 tradidit, at prohibuit, ne prius Epistolam
 redderent, quam explicationi subscri-
 psisset. Duo hi Clerici comitati sunt Tri-
 bunum Aristolaum, Antiochiam redeun-
 tem, cui tam longæ moræ tœdium pa-
 riebant. S. Cyrillo promisit, addito ju-
 ramento, commissam sibi Declarationis
 formulam neutiquam perditum iri; *Et*
si Episcopus Joannes, subjunxit: subscri-
bere renuat, recta Constantinopolim per-
gam, dicam Imperatori, nullam, quin pax
ineatur, in Ecclesia Alexandrina, sed in
Episcopo Antiocheno moram esse. In hac
 Hist. Eccles. Tom. VI, R for.

Sæculum V. formula Depositio Nestorii & dogmatum
 A. C. 433. ejus condemnatio confirmabatur.

§. XX.

Quid urgente S. Cyrillo Constantinopoli actum.

Ep. Epiph. Interim S. Cyrillus hanc causam Constantinopoli per suos valide agebat
Synod. c. 203 Præcipue urgebat, ut Aristolaus huic negotio finem cito imponere juberetur, & Joannes Antiochenus Nestorium rejiceret. Hinc ad S. Pulcheriam, ad Paulum Cubiculariis Præfectum, ad Romanum Cubicularium, ad illustres foeminas Marcellam, & Droseriam, Epistolas dedit, & Benedictiones, id est, munera misit; alii quoque Præfecto, cui nomen Chryforeto, dona dedit, quod ipsum Ecclesiæ Bonum contrarium sciret; eundem per alios duos Ministros, ad quos dona misit, sollicitari mandavit, ut a molitionibus in posterum abstineret. Hæc cognoscimus ex Epistola Epiphani, S. Cyrilli Archidiaconi, & Syncelli, ad Maximianum Constantinopolitanum data, qua vehementer instat, ut ad maturandum hujus negotii exitum suis partibus non desit. *Imperatricem Pulcheriam, inquit: supplices roga, ut datis litteris ad Joannem fortissime urgeat, ne istius impii ultra mentio fiat; nempe Nestorii. Ad Aristolaum etiam*

etiam litteræ dentur, ut Joannem acrius Sæculum V.
A. C. 433.
urgeat. Roga Sanctum Abbatem Dal-
matium, ut verbis, terrorem ferentibus,
Imperatorem, atque Cubicularios Pro-
ceres adjuret, ne ultra Nestorii nomen
memoretur. Roga etiam S. Virum Eu-
tichem, ut pro nobis decertet. (Is est,
quem posteriori tempore Ecclesia Hære-
siarcham damnavit) Epiphanius subjun-
git: *Ex adjuncto hic commentario dispi-
cies eorum nomina, quibus dona missa, &
quantum Ecclesia Alexandrina tibi præ-
stiterit; nam Clericos nostros non parum
affligit, Ecclesiam nostram ob has turbas
spoliari, & Comiti Ammonio mille quin-
gentas libras deberi, præter illa, quæ ex
hac urbe illuc missa. Eidem quoque per
litteras mandatum, ut Ecclesiæ vestræ
sumptibus dona ferat quibusdam, quos lu-
cri avidos noveritis, ne Ecclesia Alexan-
drina nimis ære alieno gravetur. Pul-
cheriam roga, ut curet Lausum in locum
Chrysoreti substitui, sicque ejus potentia
subruatur, quod nisi fiat, male semper ha-
bebimus.* Ex hac Epistola illarum rerum
partem, quæ Constantinopoli agebantur,
discimus.

Erant, qui ob transactionem inchoa-
tam murmurarent, & in vulgus sparge-
rent, S. Cyrillum articulos suos retra-
ctasse, & ea, quæ adversus Nestorium scri-
psisset, damnasse. Nam Nestoriani illi,

R a qui

Sæculum V. qui ad Ecclesiam redire cupiebant, in
 A.C. 433. hunc modum S. Cyrilli Epistolam ad A
 cadium Bereensem explicabant. Hæc

Epist. to. 5. S. Cyrillum coegerunt, ut ad Presbyte
ap. Cyr. p. ros Theognostum, & Charmosynum, &
 152. ad Diaconum Leontium, suos Constan
 tinopoli Apocrisarios, id est, Procurato
 res, qui suæ Ecclesiæ causas agerent, E
 pistolam daret; in ea ipsis omnia narra
 quæ hucusque acta fuerant ab illo tem

Sup. n. 18. pore, quo sibi Acacius Bereensis, ut ami
 cæ compositioni aures daret, scripsisset.
 Ultima Epistolæ verba sunt: *Omnibus
 ergo hanc de me suspicionem eximas. Non
 adeo imprudens sum, ut ea, quæ scripsi, o
 natematizem. Imo in eadem sententia
 persisto, quia bona est, atque Scripturæ,
 & Patrum nostrorum fidei consentanea.*

§. XXI.

Joannes Antiochenus reconciliatur.

Conc. Ephes. Cessit tandem Joannes Antiochenus, &
 p. 3. c. 30. ad S. Cyrillum dedit Epistolam, qua
 dicit; se propter utilitatem Ecclesiæ, ut
 que Imperatoris voluntati pareret, Pau
 lo Emeseno mandata dedisse, ut pacem
 iniret, & suo nomine traderet fidei ex
 positionem, quam communi consilio con
 cinnassent in hæc verba: *Quantum per
 tinet ad Virginem Mariam, Matrem Dei,
 & Incarnationis modum, quæ in mentis
 habemus dicere tenemur, non ut, quaecun-*
 que

que id sit, Fidei Nicænæ addamus, aut Sæculum V.
A. C. 433.
quod *Mysteria ineffabilia explicare præsumamus, sed ut iis, qui nos laceſſunt, os obſtruamus.* Conſitemur igitur, *Domini- num noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe unicu- tum Dei Filium, Deum perfectum, & perfe- ctum hominem, ex anima rationali, & corpore compoſitum, a Patre ante Sæcula ſecundum Divinitatem genitum, & eun- dem in noviffimis diebus propter noſtram Salutem ex Virgine Maria ſecundum hu- manitatem genitum; eundem conſubſtan- tialem Patri, ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humani- tatem, nam duæ Naturæ fuere unitæ; i- deo conſitemur unum Chriſtum, unum Fi- lium, unum Dominum.* *Secundum hujus unionis Ideam ſine confuſione, conſitemur, Sanctam Virginem eſſe Matrem Dei, quia Verbum Deus incarnatus eſt, & homo factus, & per eandem conceptionem Tem- plum, quod ex ipſa ſumpſit, ſibi univit.* *Quantum vero ſpectat ad modos loquendi Apoſtolorum, & Evangelistarum de Do- mino noſtro, ſcimus, Theologos aliqua, tanquam jure communi, uni Perſonæ tri- buere, alia ſeperatim tanquam duabus Na- turis, Jeſu Chriſto ea, quæ digna Deo ſunt, ſecundum Divinitatem, & humilia, ſecundum Humanitatem dantes.*

Postquam hanc fidei confeſſionem ac- ceptavimus, inter nos convenit, quo pacem

Sæculum V. *universæ Ecclesiæ redderemus, & scandala*
 A. C. 433. *la tolleremus, Nestorium, olim Episcopum*

Constantinopolitanum, pro deposito habere; novos ejus, & profanos loquendi modos anathematizamus, quia Ecclesiæ nostræ sanam, & rectam fidem, sicut Sanctitas tua, tenent. Etiam Ordinationem Sanctissimi Episcopi Maximiani in Ecclesia Constantinopolitana approbamus, & vivimus in Communione omnium totius Mundi Episcoporum, qui fidem puram, & orthodoxam tenent, & docent.

Conc. Ephes. p. 3. c. 29. Pace in hunc modum reducta, S. Cyrillus felix nuntium brevi sermone populo promulgavit, vigesima octava *Phar-*
mouthei, indictione prima, nempe vigesima

ibid. c. 34. ma tertia Aprilis, anno 433. jussit deinde in Ecclesia Joannis Antiocheni Epistolam legi, & responsum suum, quod Paulo Emeseno ferendum tradidit; in eo præter lætitiæ, & amicitiae testimonia etiam Joannis Antiocheni Declaratio referebatur, & aliquæ in S. Cyrilli Doctrinam explicationes legebantur, quibus ex Orientalium mentibus omnem scrupulum evelleret. *Accusor*, inquit: *quod dicam,*

p. 1108. *Sacrum Jesu Christi Corpus e caelo allatum, non vero ex Sancta Virgine assumptum. Mirum! quod hæc cogitatio cuiquam in mentem venire potuerit, cum ferme tota nostra disceptatio in eo fuerit versata, quod defenderem, Mariam esse Matrem*

Matrem Dei; quomodo autem Mater es- Sæculum V.
A. C. 433.
set, & quem peperisset, si Christi Corpus
de cælo venisset? dum vero dicimus, JE-
sum Christum descendisse de cælo, loqui-
mur sicut S. Paulus, qui dicit: Primus I. Cor. 15. 47.
homo de terra, terrenus, secundus homo
de cælo, celestis. Et sicut ipse Salvator:
Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cæ-
lo descendit, Filius hominis. Nam quam- Joan. 3. 13.
vis Verbum proprie e cælo venerit, id ta-
men etiam Homini propter unitatem Per-
sonæ tribuitur.

Rursus S. Cyrillo objiciebatur, quod p. 1109.
 commixtionem, seu confusionem Verbi,
 & carnis admitteret. *Tantum ab ea o-*
pinione, inquit: absum, ut a sana ratio-
ne abiisse illos existimem, qui cogitent,
Verbo Divino vel minimam mutationis
umbram tribui posse. Illud enim semper,
quod est, sine mutatione manet. Omnes
etiam confitemur, Verbum esse impassibile,
quamvis sibi infirmitates carnis attribuat,
sicut S. Petrus sapientissime dixit: JESU I. Pet. 4. 5.
Christo passo in carne. Non dixit in sua
Divinitate. S. Cyrillus etiam declarat,
 quod sequatur in omnibus Doctrinam
 Patrum, præsertim S. Athanasii, & Sym-
 bolum Nicænum, nec ulla Syllaba muta-
 ta, quod a S. Spiritu dictatum fuerit. Ad
 calcem hæc subjungit: *Quia comperi,*
quosdam Patris nostri Athanasii Episto-
lam ad Epietetum corrupisse, quod multis

R. 4 nocuit,

Sæculum V. nocuit, necessarium duximus, ut vobis ex
 A. C. 433. emplum ex antiquis Authographis, quæ
p. 1112. habemus, descriptum mitteremus.

Ep. ad Acac.
Melit. in fine Nempe cum Paulus Emesenus cum
 S. Cyrillo aliquando de fide colloqueretur, serio quæsierat, an ea teneret, quæ
 S. Athanasius ad Epictetum scripsisset. S. Cyrillus respondit: *Habesne hanc Epistolam incorruptam? nam veritatis inimici multa mutarunt. Ego vero in omnibus, & per omnia huic Epistolæ confestio. Habeo Epistolam, reposuit Paulus: sed ex exemplis, quæ habes, dispicere cuperem, an sincera sit. Ergo accepta exempla antiqua cum iis, quæ ipse attulerat, contulit, atque ista fuisse adulterata cognovit. Rogavit S. Cyrillum, ut sibi aliqua ex antiquis exscripta traderet, Antiochiam mittenda.*

§. XXII.

Quæ reconciliationem secuta sint.

Baluz. Syn.
c. 86. Ubi ad Joannem Antiochenum relatum, ratam esse concordiam, rem Theodoro præscripsit, clariorem omnium actorum expositionem pollicitus, postquam Paulus Emesenus, qui ex Ægypto in itinere esset, advenisset. Sed suspectum erat Theodoro nomen pacis, & antequam de ea sermo esset, poscebat, illos suis Ecclesiis restitui, quos ob bonam causam contra jus depositos arbitratur.

Joan-

Joannes Antiochenus deinde ad omnes Orientis Episcopos scripsit, ut pacem annuntiaret. *Jam Cyrillus, & nos, inquit: unius sententiæ sumus; eandem tenemus fidem. Nulla superest discordia, nec de pace dubitandi causa. In ea, quam ad nos dedit Epistola, omnia clara sunt, omnia his, quæ proposueramus, conformia. Verba, quibus fidem nostram exprimimus, probat, & explicat Patrum traditionem, quæ, ut ita dicam, periculum subibat, ne ex hominum memoria deleteretur. Distinctionem Naturarum, cum unitate Personæ in Dei Filio docet. Itaque istud omnibus, qui bona voluntate sunt, satis esse debet, & confundere incredulos, qui errorem Apollinaris reducant. Ipsam Cyrilli Epistolam, qua nobis satisfecit, ad vos mitto, eamque, quam ad eundem dedi, ut sciatis, me in hac tractatione nihil servile, aut erubescendum admisisse.*

Aristolaus, re feliciter gesta, Constantinopolim rediit, cum Joannis Antiocheni ad Imperatorem Epistola, qua edocet, initam esse pacem, Sanctum Cyrillum, seque alterum cum altero contentum esse. Se ordinationem Maximiani approbare, & Depositionem Nestorii, atque ejusdem perversam Doctrinam anathematizare. Subjungit: *Rogamus te, quo plenum fiat totius orbis gaudium, & nulla Civitas felicitatis istius, expers sit,*

R 5

ut,

Sæculum V.
A. C. 433.

c. 2.

c. 91.

ſæculum V. *ut jubeas, Episcopos, per has turbas Ec-*
A. C. 433. *clesiis suis pulsos, restitui, ne ullum ſ-*
multatis vestigium remaneat. Hujus re-
exempla Tibi non desunt; similibus cir-
cumstantiis pristinis Episcopis in Sede-
suas redire permissum, & illi, qui divi-
sionis tempore ordinati fuere, a functio-
nibus Sacerdotalibus abstinere jussi, dom-
priores deceffissent. Conjecturæ locus
 . 87. *est, Joannem Antiochenum hæc scri-*
psisse, ut Theodoreto serviret, & quibus-
dam aliis, pacem nolentibus, nisi depo-
sitis Episcopis liceret ad suas Sedes re-
dire.

Conc. Eph. Joannes Antiochenus etiam Episco-
 p. 3. c. 27. lam Communionis suo, aliorumque E-
 piscoporum, qui cum ipso erant, nomi-
 ne ad S. Sixtum Papam, S. Cyrillum, &
 Maximianum Constantinopolitanum, de-
 dit, qua sententiam latam Concilii E-
 phesini contra Nestorium approbat, de-
 positum agnoscit, impiis ejus dogmati-
 bus anathema dicit, Ordinationem Ma-
 ximiani recipit, & communionem om-
 nium Episcoporum in universo Mundo
 Catholicorum amplectitur. S. Cyrillus
 suo loco ad Papam Sixtum scripsit, & ad
 Maximianum Constantinopolitanum, ut
 hujus pacis certiores redderet. (*)

ibid. c. 41.
init. c. 39.

Epistola

(*) Der Uebersetzer hat schon zur Zeit des heil.
 Joann

Epistolæ S. Cyrilli maturius, quam ^{Sæculum V.} cœteræ, Romam delatæ; & tunc Papa ^{A. C. 433.}

Concilium cum Episcopis, qui ad celebrandum Ordinationis ejus anniversarium advenerant, agebat. Universo populo, in Ecclesia S. Petri congregato, felix nuntium sonuit. Papa ad S. Cy- ^{c. 41.}

rillum, & Joannem Antiochenum gratulatorias scripsit, ambas eadem die, decimo quinto Kalendas Octobris, Theodosio decimo quarto, & Maximo, Consulibus, id est, decima septima Septembr. anno 433. datas. Dies vero Ordinationis S. Sixti, erat vigesima sexta Aprilis; ergo vel Episcopi diu post hanc diem primum advenerant, vel multo tempore Concilium duraverat. In Epistola ad S. Cyrillum dicit Papa, non credere se, Joannem Antiochenum unquam Nestorii errorem secutum, sed suspendisse sententiam. ^{c. 42.}

In Hispania Nestoriani inventi sunt, non ferentes, ut quisquam diceret, Deum esse natum, sed purum hominem ex Virgine natum, & in Cruce passum affirmabant. Duo Fideles viri, nomine Vitalis, &

Joannes Chrysostomus in einer Anmerkung gesagt, daß die Gemeinschaft mit der Römischen Kirche damals aufgehört, und nimmer sey hergestellt worden. Was soll man entweder von seiner Aufrichtigkeit, oder von seiner Wissenschaft in der Kirchenhistorie gedenken?

p. II77.

Sæculum V.
A.C. 433.

Edit. Sirm.
an. 1630.

& Tonantius, seu Constantius, postquam eos, ut poterant, refutassent, hac super re ad Capreolum Episcopum Carthaginensem scripserunt, rogantes, ut se in hac quæstione veram fidem edocere vellet. (*) Capreolus ipsis respondit, data proluxa epistola, in cujus exordio certiores reddit, Hæresin istam in Oriente Concilio Ephesino damnatam, postea tamen fidem Catholicam de hoc Mystero exponit, & credendi necessitatem asserit unicam in Jesu Christo esse Personam.

§. XXIII.

Vincentii Lerinensis monita.

Eandem Hæresin Nestorii in Gallia Vincentius Lerinensis, sub idem tempus editis adversus Hæreses admonitionibus oppugnavit. In fine moniti secundi dicit, Concilium Ephesinum ante annos trecentis fuisse celebratum. Vincentius, S. Lupi Trecentis.

(*) Hier ergethet sich der Uebersetzer nach seiner schweren Arbeit, und schreibet aus dem Dupin diese Worte heraus: *que ne diroient point les Theologiens de la Cour de Rome, si cette Consultation etoit adressée à l'Evêque de Rome? Quelles consequences ne tireroient-ils point d'une semblable consultation, en faveur des Pretentions de la Cour de Rome?* Was folget aber da daraus, als daß man die Unbescheidenheit des Dupin, und die böse Art des Uebersetzers erkennet?

Trecensis frater, postquam vitæ par-
 tem in Militia sæculari consumpsisset, id
 est, verosimiliter in muneribus publicis,
 ad Monasterium Lerinense se recepit, ubi
 otio monastico utiliter usus, sibi ipsi duos
 conscripsit commentarios, in quibus exi-
 mias Regulas ab omni Hæresi præcavendi
 tradit. Se ipsum in hoc opere non no-
 minat, sed sub nomine Peregrini latere
 voluit. Fundamentum suæ Doctrinæ po-
 nit; Legis Divinæ Auctoritati, & dein-
 de Ecclesiæ Catholicæ Traditioni stan-
 dum. (*) Scripturam non sufficere, cum
 diversa ratione explicetur, & omnes Hæ-
 retici eandem pro se interpretentur. Er-
 go ab Ecclesia Catholica verum Scripturæ
 sensum discere oportere, (**) & in ipsa Ec-
 clesia

Sæculum V.
 A. C. 433.

Edit. Baluz.
 p. 374. Com-
 mon. init.

p. 325.

(*) Eximium contra Protestantes testimonium
 dicit alicubi Interpres noster, Papistas per Tradi-
 tionem intelligere quosdam usus, aut Doctrinam,
 Doctrinæ Sacræ Scripturæ contrariam. Quid ad
 hoc respondendum? jam nihil aliud placet, quam
 istud; Domine Interpres! impudentissime menti-
 ris. Omnis Traditio in Ecclesia Catholica, si fi-
 dem tangat, in Sacra Scriptura fundatur.

(**) Hier hätte unser Vielwisser an statt der Læ-
 sionen wider den H. Cyrillus, und die Römischen
 Päbste, eine Anmerkung hersehen sollen, und zeigen,
 was denn für eine Kirche Vincentius für die wahre,
 und Katholische gehalten, und wenn es eine andere
 als

Sæculum V.

A. C. 433.

clesia illud tenendum, quod semper, & ubique, & ab omnibus creditum; enim proprie dici, aliquem esse Catholicum seu universale. Itaque ipsum, si aliqua Ecclesiæ pars ab ea separet, ejusque Communionem, totius corporis, non vero abscissi membri habentem, est ratio, & si novus error totam Ecclesiam inficere adnitatur, inhærendum antiquitati. Doctores probati consulantur, qui diversis locis, diversisque temporibus in communionem Ecclesiæ vixerunt, illudque certissimum habeatur.

als die Römische gewesen seyn soll, müßte er erweisen, in was für einem Lande diese rechtgläubigen, von der Römischen Kirche abgesonderte Leute zu befinden. Das wäre ein Meisterstück für ein breites Maul, wie unser Uebersetzer hat. Die sind vielleicht unter so vielen Millionen der Papisten, das ist, verderbter Christen, in Europa, Asien und Africa, dem Versprechen Jesu Christi zuwider, nur einzelne, und unkennliche Protestanten herumgewandert? In diesem Spho hat der Uebersetzer hinzugesetzt, und ausgelassen nach Belieben; endlich setzt er eine Anmerkung auf seiner 458. Seite, in welcher er sich selbst handgreiflich widerspricht; Man muß die alten Kegereyen nicht durch die Tradition, sondern nur aus der heil. Schrift, und durch die alten Concilien der rechtgläubigen Kirche bestreiten; als wenn die Lehre der alten Kirchen Versammlungen keine Tradition wäre.

quod omnes clare, concorditer, sine va-
 riatione docuerunt. Sæculum V.
A.C. 433.

Affert deinde exemplum Donatista-
 rum, at reliquo Ecclesiæ Corpore separa-
 torum, & Arianorum, qui ferme omnes
 Occidentis Episcopos vel seduxerant,
 vel oppresserant. Donatistis major nu-
 merus, Arianis antiquitas opponebatur.
 Huic præcipue Regulæ innititur Vincen-
 tius; in Doctrina Religionis nunquam
 licere quidquam novi afferre, & si permit-
 tente Deo non nunquam viri in Ecclesia
 spectabiles nova doceant, id accidere, ut
 fides nostra probetur. In hujus rei exem-
 plum adducit Nestorium, *qui sibi*, inquit: p. 333. 336.
magnam apud Episcopos opinionem, & po-
puli amorem conciliaverat. Qui quotidie
prædicans, Judæos, Gentiles, Hæreticos
refutabat. Quamvis hujus viri facundia
magis admirationi, quam utilitati servi-
ret, & fama vero major esset. Exempla
quoque Photini, & Apollinaris memo-
rat, omnium horum errores explicat, &
summam refellit; præcipue contra Ne-
storium probare contendit, unam esse
Jesu Christi Personam, salva Naturarum
distinctione. In Deo, inquit: una est substan-
tia in tribus Personis, in Jesu Christo sunt
duæ substantiæ in una Persona. p. 343.
 Illud repre- p. 345.
 hendit, quod non nulli voce: *Persona*,
 abuterentur, accipientes eam in signifi-
 catione originali nominis latini, pro Per-
 sona

Sæculum V. sona ficta, quales in Theatris exhiberi
 A.C. 433. lent; itaque quoties dicebant, Deum ho-

minem factum esse in Persona, volebat
 dicere, in sola specie externa factum,
 in errorem Manichæorum relabebantur.

p. 350. Post hanc digressionem, iterum refer
 exemplum Tertulliani, & Origenis, ut
 ostendat, nunquam unius Doctoris privati

p. 555. Auctoritati fidendum, rursusque commen
 dat usum Regulæ; Doctrinæ antiquæ esse
 insistendum, & omnia excludenda, que
 sapiunt novitatem, infallibilem Heresim
 Notam, cum Religio non ingenii huma
 ni inventum sit, sed Depositem, quod

p. 357. Deus Ecclesiæ suæ commisit.

Licitum quidem, inquit: sed & utilis
 p. 359. *in Doctrina Religionis erudiri, verum in*
eum tantum finem, ut explicetur, & con-
firmetur, nihil autem mutetur; rursus ut

p. 367. *traditio summatim litteris consignetur,*
& nova voce fides antiqua exprimat.
 Diversos deinde modos tradit, quibus Ha
 reses tam novæ, quam antiquæ oppugnetur.
 Hæc in primo Vincentii Lerinensis
 monito leguntur. In secundo traditarum
 in primo Regularum applicatio practica
 docebatur, & modus, quo Auctoritas Pa
 trum, Concilii Ephesini exemplo, adhi
 benda; at vero secundum hunc commen
 tarium Vincentio suffuratus est non ne
 mo, antequam ultimam manum addidisset;
 hinc omissio secundo, ad calcem primi

Gennad. ca-
 tal. c. 63.

mi moniti totius operis summarium po- Sæculum V.
A.C. 433.
fuit. Ultimo Auctoritatem duorum Sum-
morum Pontificum, S. Sixti, & S. Cœle-
stini subjunxit.

§. XXIV.

S. Prosperi Opera.

Etiam si Vincentius in suo opere de Pe-
lagianis, tanquam Hæreticis damna-
tis, mentionem sæpe ingerat, suspicionem
tamen non effugit, eundem ipsum Vin-
centium (*) objectionum Auctorem esse,
quibus S. Prosper respondit. Suspicioni
locum dat conveniens nomen, & Vicinia
Cassiani, aliorumque Presbyterorum Mas-
siliensium, qui sub idem tempus impug-
nabant S. Augustini Doctrinam de Gratia,
quod modum non teneret, essetque peri-
culosa, ob consequentia, quæ inde dedu-
cebant; erant autem propositiones, ut
ipsi prætexebant, inde sequentes sexde-
cim, falsæ, & scandalum moventes, quæ
omnes eo collineant; Deum non omnes
homines velle salvare, majorem nume-
rum ad damnationem prædestinasse, iis-
que salutem suam operari esse impossi-
bile, & Deum esse Auctorem peccati. S.
Prosper singulis objectionibus singillatim
respon-

(*) Anonymus I. non incongrue arguit, alium
esse ab isto Vincentium, qui objectiones scripsit.

Hist. Eccles. Tom. VI,

Seculum V. respondet, monstratque, quantum Doctrinae Ecclesiae adversentur. Inter alia dicit, Prædestinationem Dei non esse quam causam lapsus, nec Deum derelinquere eum, qui lapsurus est, antequam ipse Deum derelinquat. *Sæpe, dicitur hominem cohibet, ne se derelinquat, sæpe facit, ut postquam se dereliquerit, redeat.*

ad 12.

S. Prosper ad alios quoque quindecim articulos, quos Galli contra Doctrinam S. Augustini afferebant, respondit; qui ad illorum ferme sensum, quos Vincentius objiciebat, reducuntur; scilicet, Prædestinationem fatalem hominibus peccandi necessitatem imponere, liberum arbitrium nihil esse, Deum nolle omnes homines salvare, & Jesum Christum non esse mortuum pro omnibus. S. Prosper, postquam singulis propositionibus respondit, easdem in fine repetit, & digna quamque censura castigat. In eodem opere dicit, eos, qui labuntur, non ideo a Deo derelinqui, ut & ipsi eum relinquunt, sed ipsi recesserunt, & derelicti sunt, ex boni mali propria sua voluntate facti. Et deinde: *si, Deus facit, ut, qui bene currit, labatur, ergo malum pro bono reddit, & injuste punit id, ad quod faciendum impellit. Quid cogitari possit absurdum magis?* Et rursus: *Quamvis Dei omnipotentia illis, qui lapsuri erant, vires perseverandi dare potuisset, nihilominus Gratia eos non desti-*

ad 14.

ad 3.

ad 12.

ad 12.

destituit, priusquam ipsi Gratiam repulerint. Et iterum: si quis dicat, a quibusdam justis obedientiam auferri, de Bonitate, & Justitia Dei male sentit. S. Prosper affirmat, dici posse, non omnes homines vocari ad Gratiam, cum sit populos invenire, quibus Evangelium necdum prædicatum, & parvulos, qui sine Baptismo moriuntur. Deus nihilominus omnium hominum curam gerit, & nemo est, quem non vel prædicatione Evangelii, vel Legis testimonio, vel per ipsam naturam moneat. Sed infidelitas ab hominibus est, & eorum fides Dono Dei adscribenda. Quamvis JESUS CHRISTUS pro omnibus mortuus sit, tamen mors ejus illis tantum prodest, quibus speciatim applicatur. † Camillus, & Theodorus, Presbyteri, ad Sanctum Prosperum ex urbe Genuensi miserunt novem textus, ex Libro S. Augustini de Prædestinatione, itemque de Perseverantia excerptos, quos cum vera Doctrina conciliare non poterant; is, datis responsis, ostendit, nihil in his libris inveniri, quod non Catholicæ Doctrinæ ad amissim congrueret.

Sæculum V.
A. C. 433.

Sent. 7.
Sent. 12.

ad 4.
S. Prosper:
ad 8.

ad 9.

† nempe per
Prædestinationem.

At vero inter cœtera S. Prosperi opera, quibus S. Augustini defensionem suscepit, eminet liber contra Collatorem, seu Cassianum, Collationum Auctorem. Hunc librum circa annum 432. scripsit, nam dicitur, annos effluxisse plusquam viginti, ex

Sup. XXIII
§. 3.

S a quo

Sæculum V. quo Ecclesia, Ductore S. Augustino, in Pe-
 A.C 433. lagianos pugnet. Id de primis S. Augu-

Sup. XX. §. stini libris, ad Marcellinum anno 412. d-
 3. XXIV. rectis, intelligi oportet. S. Prosper i-
 §. 56. suo libro duodecim Cassiani propositio-

nes, ex decima tertia Collatione, ubi Ab-
 batem Cheremonem loquentem inducit,
 extractas, ad examen revocat. Prima
 Catholica est, tradens regulam, Deum
 non solum boni operis, sed præterea om-
 nis bonæ cogitationis principium esse. (*)
 In cæteris propositionibus Cassianus Pe-
 lagianis favet, dicens; multos ad Gra-
 tiam pervenire sine Gratia. Homines
 quandoque suis viribus in virtutem ferri
 posse. Tam unum quam alterum Aucto-
 ritate Scripturæ fundari. Liberum Arbi-
 trium ad Salutem tantum conferre, quan-
 tum Gratia. Adamum peccando non
 amisisse scientiam Boni. Omnia Sancto-
 rum merita non ita ad Deum referenda,
 ut solum malum naturæ tribuatur. Om-

(*) Non ita certum, & constans est, sicut de
 firmat Fleurius, primæ propositionis sensum esse
 Catholicum; nam disputantes cum Catholicis
 Pelagiani haud difficulter admittebant, Deum
 omnis bonæ cogitationis esse Principium, sed quo-
 modo? nempe non per Gratiam, sed quod ho-
 mini liberum arbitrium contulisset, & bona co-
 gitandi facultatem naturalem. Nolim etiam hic
 Cassiani Judicem agere, & simpliciter negare
 Catholice fuisse locutum.

ni animæ sua natura quædam virtutis se-
 mina inesse. Denique Deum quorum-
 dam Salutem totam operari, aliquos ve-
 ro solummodo adjuvare. S. Prosper ostendit,
 Cassianum in omnibus his favere Pe-
 lagianis, & sibimetipsi contradicere. Sub
 finem hujus operis optare se dicit, ut S.
 Sixtus Papa Pelagianos occultos ejiceret,
 sicut Antecessores ejus apertos expule-
 rant; additque se eos Christiana Chari-
 tate toleraturum, quamdiu ab Ecclesia
 separati non fuerint. Cassianus semper
 in Communione Ecclesiæ vixit, & ista
 censura, licet æquitate nitatur, non ob-
 stante, collationes ejus, aliique libri sem-
 per in manibus Monachorum, aliorum-
 que hominum, pietatem amantium, fue-
 re, quod in omnibus reliquis sanam Do-
 ctrinam, & sublimem Ascetin spirent.

§. XXV.

Libri Mercatoris.

Circa illud etiam tempus Marius Merca-
 tor librum suum, seu Annotationes,
 scripsit. Cum libros Juliani contra S. Au-
 gustinum, & S. Augustini Responsiones ac-
 cepisset, ad pleraque loca in Juliani scri-
 ptis annotationes adjecit, ut errores ma-
 nifestaret, quos deinde, ad preces cu-
 jusdam Presbyteri, cui nomen Pientius,
 collegit. In capite brevem ad Lectorem
 admonitionem posuit, qua summatim sta-

Sæculum V. tum quæstionis, & hujus Hæresis histo-
 A.C. 433. riam explicat, cujus Auctores Theodo-
 Sup. XXIII rum Mopsuestenum, & Rufinum Syrum
 §. I. dicit. De Sancto Augustino loquitur tan-
 quam defuncto; unde conjiciendum,
 opus istud non ante annum 432. ab ipso
 editum, nempe soluto Concilio Ephesino,
 quando a Diacono Bassula ultimos S. Au-
 gustini libros accepisse poterat. In hoc
 opere Mercator primo in singulis articu-
 lis verba Juliani ponit, tum S. Augustini
 responsionem, & tertio, quæ sibi confir-
 mandis S. Augustini dictis idonea vide-
 bantur.

Scripsit quoque Mercator, ut refelleret
 Edit. Garn. aliqua opera Theodori Mopsuesteni, quem
 p. 2. p. 249. ipse tanquam Auctorem utriusque Hære-
 sis Nestorii, & Pelagii habebat. Symbo-
 lum Theodori refutavit, nempe ejusdem,
 qui in Concilio Ephesino, Actore Presby-
 tero Charisio, damnatus fuerat. Excerpta
 Sup. XXV. cujusdam operis Theodori contra S. Au-
 §. 56. gustinum, & Doctrinam de peccato ori-
 ginali, & alterius operis de Mysterio In-
 carnationis traduxit. His excerptis, la-
 tine redditis, Mercator Notas, quibus
 ea refutabat, subjunxit.

§. XXVI.

Schismatici in Oriente.

Fuere, qui paci, inter Joannem Antio-
 chenum, & S. Cyrillum in ita, repug-
 narent

narent. Multi, qui in Concilio Ephesino ex parte Nestorii steterant, ægerrime fe-
rebant, quod Joannes causam amici de-
stituisset; inter eos cœteris celebriores
erant Theodoretus, & Alexander Hiera-
politanus, ejus Metropolita. Theodore-
tus super Doctrina consentiebat, & S.
Cyrillum esse Catholicum fatebatur, post-
quam in epistolis, ad Acacium Bereensem,
& Joannem Antiochenum datis, fidem
suam explicasset, & clare duas in Jesu
Christo Naturas agnovisset, omnem con-
fusionem rejecisset, & Apollinaris Hæresi
Anathema dixisset; *retractavit Cyrillus
suam opinionem, aiebat, & suos ipse duo-
decim articulos destruxit; sed adduci non
poterat, ut ipsum Nestorium desereret,
quem contra jus damnatum, cum Doctrina
ejus non satis esset intellecta, credebat.
Ita hac de re ad ipsum Nestorium scripsit.
Alexandro Hierapolitano inita reconci-
liatio secundum nullam partem probaba-
tur. Is moveri non poterat, vel ut
damnaret Nestorium, cujus Doctrinam
sanæ rationi, & Scripturis conformem
existimabat, vel communicaret S. Cyrillo,
quem semper tanquam Hæreticum aver-
sabat; imo etiam a Communione Jo-
annis Antiocheni, omniumque illorum,
qui pacem inierant, recessit; *certissime
scito!* aiebat ad Andream Samosatenum,
*nolle me, cum ipsis mihi partem esse, etiamsi**

Sæculum V.
A. C. 433.

Synod. Ba-
luz. c. 88.
95. 110.

c. 120

c. 96.
c. 100. 104.

S 4 *exilium,*

Sæculum V. *exilium, mortem, præcipitia, ignes,*

A.C. 433. *Bestias mihi objecerint; Deo juvante*

c. 93. *omnia potius feram, quam cum ipsis com-*

c. 94. *unicem! ad Theodoretum dicebat: ea, quæ a Paulo proposita, & ab Ægypti acceptata, nunquam consentiam, & millies mori cogerer, & si totus terrarum orbis consentiret! præprimis hæret in Nomine Matris Dei, quod non nisi, sicut Nestorius, cum Nomine Matris Christi conjunctum admittit.*

Inter hunc Alexandrum, Theodoretum, & Andream Samosatenum conve-

e. 97.98.99. 101. 103. *nerat, ut Zeugmate colloquerentur, & hac super causâ deliberarent. Uterque Alexandrum hortabatur, ut reconciliari vellet; ipse vero Theodoro respondit,*

c. 100. *nihil profuturum colloqui, si ipsi Joannis Antiocheni facto non essent offensi, qui fidem prodidisset, & Nestorium damnasset, cum sciret innocentem, & orthodoxum.*

Alexander Hierapolitanus. *Andrææ respondit: frustra jam hac super re ad te scriberem, vel tu ad me. Non ante ab Ecclesia mea discedam, quamvis discedendum mihi prævideam, nisi vi sæculari depulsus, ne sponte delevinquare Jesu Christi gregem videar.*

c. 104. *Et in alia epistola: non amplius communico nec tecum, nec cum Cyrillo, fecisti, quod tuum erat, ovem errantem quæsvisti, hæc autem redire non vult; jam quiesce! coram terribili Tribunali alter alterius vultum vide-*
bimus.

bimus. Andreas videns, Alexandrum Sæculum V.
 acerrime contra se commotum, ad œco- A. C. 433.
 nomos Ecclesiæ Hierapolitanæ scripsit, c. 106.
 velle se in communione non solum Joan-
 nis Antiocheni, sed etiam omnium Epis-
 coporum Catholicorum, Sixti, Cyrilli,
 Maximiani, Rabbulæ Edesseni, Acacii
 Melitensis, aliorumque vivere. Joannes
 Germaniciensis quoque pacem amplexus
 est. Joannes Antiochenus Theodoro c. 105. 109.
 mandatum dedit scriptum, sed secreto,
 ut suo nomine omnia, quæ sibi videren-
 tur, faceret, quo pertinacissimos ad unio-
 nem reduceret.

Maximinus Anazarbensis, & Episcopi c. 122.
 secundæ Ciliciæ, Suffraganei ejus, Nesto-
 rio adhærebant. Hi Concilium Anazarbe c. 111. 112.
 celebrarunt, cui Maximinus præfuit.
 Depositionem S. Cyrilli in Concilio c. 113.
 Ephesino, suo judicio legitimam, confir-
 marunt, omnesque illos excommunicatos
 pronuntiarunt, qui eundem in suam
 Communionem recepissent, donec duo-
 decim ejus articulos damnaverint. *Et-*
iamsi, ajunt: nos propte ea ignem, fer-
rumque, sustinere, & Bestiis tradi oport-
eret. Helladius Tarsensis, primæ Cili-
 ciæ Metropolita, actis hujus Concilii
 accessit.

Eutherius Thyanæus, secundæ Cappa- c. 114.
 dociæ Metropolita, & Helladius Tarsen- c. 116.
 sis, consilium cepere, ut Episcoporum

Sæculum V. Occidentis auxilium implorarent; ro-
 A. C. 433. garuntque Alexandrum, & Theodoro-

c. 117.

tum, ut operam jungerent. Ergo proli-
 xam epistolam ad S. Sixtum Papam scri-
 pserunt, in qua totam Historiam de acti-
 in Concilio Ephesino, de erroribus, ut ip-
 loquuntur, S. Cyrilli, & de Joannis An-
 tiocheni reconciliatione texunt. His
 subjungunt: *Pedibus tuis advolvimus*
supplices, ut nobis manum porrigas, ju-
beasque, in hæc omnia inquiri, Pastores
per nefas pulsos, revocari, congregari o-
dispersas, de æterna Salute periclitantes,
cum a manibus Hæreticorum recipere
nolint Baptismum, vel Communionem My-
sticam, quam a manibus Orthodoxorum
accipere non sinuntur. Nos ipsi, diversarum
Provinciarum Episcopi, nempe Euphratesiana,
utriusque Cilicia, Secunda
Cappadocia, Bithynia, Thessalia, & Ma-
sia, jam diu ivissimus, querelas nostras
inter lacrymarum torrentes in sinum tuum
deposituri, nisi nos metus luporum, gre-
gibus nostris imminentium, retinuisset.
Hinc Clericos, Monachosque mittimus, qui
nostro nomine zelum tuum excitent, &
permoveant, ut celeriter ad opem nobis
ferendam venias! Missa fuit hæc epistola:
 sed pronum est, judicare, eam Romæ ni-
 hil potuisse efficere, postquam illa Sedes
 c. 119. S. Cyrilli Doctrinam, Acta Concilii Ephe-
 sini, & Joannis Antiocheni reconciliatio-
 nem

nem solemniter approbasset. Verumta-
men non caret sua utilitate hæc epistola,
quia argumento est, Episcopos usque ad
extremos Orientis angulos persuasum
sibi habuisse, omnibus jus competere,
ut, si se a suis Superioribus vexari, & Ec-
clesiam affligi crederent, ad Papam pos-
sent recurrere. (*)

§. XXVII.

*Obitus Maximiani. Proclus Episcopus
Constantinopolitanus.*

Interea Maximianus, Episcopus Constan-
tinopolitanus, subito fati functus est,
12ma Aprilis anno 434. cum Aspar, &
Areobindus Consulatum gererent, post-
quam hanc Ecclesiam annis duobus, &
mensibus quinque in pace rexisset. Obit
in Cœna Domini. Nestoriani, quorum
non exiguus Constantinopoli erat nume-
rus, in diversis Civitatis plateis concur-
rentes, magno clamore postulabant, ut
Nestorius revocaretur, ausque, minas
adjicere, ipsam urbem ruinæ proximam
esse, seque Ecclesiam concrematuros.
Theodosius Imperator, ut tumultum
aver-

Sæculum V.
A. C. 434.Socr. VII. c.
40. Col. Lup.
al. Synod.
Baluz. cap.
150.

(*) Fidele Fleurii Testimonium, quo Anony-
mus II. abunde refutatur. Interpres quoque Aca-
tholicus hæc fideliter transtulit, & cum hic lo-
qui oportuisset, & testimonium luculentissimum
refellere, silet, ut piscis.

Sæculum V. averteret, illico Proclum eligi, eumque possessionem capere curavit, antequam

A.C. 434.

Maximiani corpus terræ mandaretur
 Socr. c. 41. igitur Proclus Maximiano iusta persolvit
 Novus Episcopus ad Lectoratam adha
 admodum juvenis promotus fuerat, &
 sub Magistris Rhetoricæ operam navave
 rat. Virili jam ætate, Episcopo Attico
 se addixit, cui ab epistolis fuit; cum
 multum proficeret, Atticus eundem Dia
 conum ordinavit; ad Presbyteratum
 deinde evehctus, & a Sisinnio, ut dictum
 in Episcopum Cyzicenum ordinatus, qui
 pópulus recipere eum noluit, Constanti
 nopoli remansit, & Presbyterorum officio
 fungebatur. Nihilominus ordinatio ejus
 ad Sedem Constantinopolitanam pro
 translatione ab una sede ad aliam habita
 ta; (*) verum in medium adductæ epi
 stolæ S. Cœlestini Papæ ad S. Cyrillum,
 ad Joannem Antiochenum, & ad Rufum
 Thessalonicensem datæ, quæ difficulta
 tem tollebant, & probabant, nihil esse,
 quod ejusmodi translationibus obstet.
 Conjectura est, epistolas istas ante annos
 duos fuisse missas, cum in locum Nestorii
 depositi,

(*) Auctoritas Papæ in Translatione Episco
 porum hic dispicitur. Interpres Protestans in hac
 una pagina quater verba Fleurii ineptissime trans
 tulit, v. g. *Melanius*, pro *Melania junior*. Su
 pina negligentia!

depositi, alius Constantinopoli Episcopus
 esset eligendus. Hujus Translationis
 occasione, Socrates quatuordecim Episco-
 porum, ob Ecclesiæ utilitatem translatio-
 rum, exempla recenset.

Episcopi, qui Proclum elegerant, epi-
 stolam Synodicam dederunt, in Orientem
 missam, ab omnibus Episcopis signandam,
 nisi in pœnam, tanquam Schismatici, de-
 poni mallerent. Proclus optimam Attici
 indolem, cùjus Discipulus fuerat, mori-
 bus retulit, imo mansuetudine, & patientia
 erga ipsos etiam Hæreticos superavit,
 credebat enim, hanc viam illis reducen-
 dis aptiorem, quam si rigor adhiberetur.
 Procli Episcopi tempore Sancta Melania
 junior Constantinopolim venit, a propin-
 quo suo Volusiano rogata, qui cum Romæ
 Præfectus esset, Constantinopolim publi-
 cæ Legationis munere missus fuerat. Ille
 est Volusianus, Tribuni Marcellini ami-
 cus, ad quem olim S. Augustinus scripse-
 rat. Is in Gentilitate permanserat, tunc
 vero Neptis suæ hortatu, & Episcopo
 Proclo fidem docente, conversus est; in
 morbum deinde lapsus, baptizatur, &
 haud diu postea vitam cum morte muta-
 vit. Eodem anno 434. Procli primo,
 Imperator Theodosius legem edidit, ut
 bona Clericorum, & Monachorum, sine
 Hærede decedentium, Ecclesiæ, aut Mo-
 nasterio propria fierent.

Sæculum V.
 A. C. 434.

Socr. V. II.
 c. 36.

Lup. c. 150.

vit. S. Mel.
 ap. Sur. 31.
 Jan. Phot.
 cod. 53.

Sup. XXII.
 §. 51.
 Sup. XXIV
 §. 21.

L. I. C. Theo.
 de bon. Cler.
 lib. 5.

§.XXVIII.

Sæculum V.
A.C. 434.

§. XXVIII.

Lex contra Schismaticos.

- Lup. c. 123.* Joannes Antiochenus, per epistolam Tauri, Prætorio Præfecti, de ordinatione Procli certior factus, haud modicum gaudium testatus est, quod speciatim viri hujus virtutem sibi perspectam haberet. *At vero, dicit in suis responsoriis: postquam bonum hoc opus perfecistis, rogo vos, ut etiam de pace in has Regiones reducendas cogitetis; paucos enim invenire est refractarios, qui pacem, quam nobis Deus Imperatoris Ministerio dedit, injuriam putant, & qui vestra Bonitate, nostraque abutuntur.*
- c. 124.* Nec satis id scripsisse Joanni Antiocheno visum, sed etiam virum, cui nomen Verius, Constantinopolim misit, qui petiit, obtinuitque a Cæsare mandatum, quo omnes Episcopi Orientis, vel cum Joanne communicare, vel ab Ecclesiis suis discedere jubebantur. Hoc mandatum directum ad Domitianum Quæstorem, qui illud Helladio Tarsensi insinuavit, exhortans, ut ultro obediret, atque cum omnibus primæ, & secundæ Ciliciæ Episcopis Joanni reconciliaretur, antequam ipse accepta mandata in publicum edere teneretur.
- c. 125.*

Aliud etiam Imperatoris mandatum emanavit; ne Episcopi Orientales ad aulam proficiscerentur, aut omnino ex suis Eccle-

Ecclesiis exirent. Id Joannes Antioche-
 nus ad Alexandrum Hierapolitanum mi-
 sit, ut suis Suffraganeis notum faceret;
 at Alexander, qui cum Joanne non com-
 municabat, epistolam a suo Notario recipi
 jussit, & responsoriam ad Imperatoris
 Ministrum, qui sibi Joannis epistolam at-
 tulerat, direxit.

Coeterum promisit, imperata se fa-
 cturum, nempe ad Regiam non ire, &
 sua Ecclesia non excedere. Interim
 ipse, & sex ipsius Provinciae Episcopi ad
 Episcopos Syriae, primae, & secundae Ci-
 liciae, & secundae Cappadociae, epistolas
 dederunt, ut eorum animos adversus
 Joannem Antiochenum irritarent; que-
 runtur, Ecclesiam ordinationibus illicitis
 turbari, venale jam esse Sacerdotium,
 quod infamis vitae hominibus prostitu-
 retur. In subscriptione notat Alexander,
 plus annum effluxisse, ex quo cum Joanne
 Antiocheno non communicet, quod ann.
 434. indicat. Meletius Mopsuestenus,
 & tres alii ex secunda Cilicia, edixerunt,
 firmos se adversus Joannem Antioche-
 num persistere. Aliarum Provinciarum
 Episcopi nihil responderunt, quod con-
 stantis animi indicium esset. Duae erant
 ordinationes illicitae, de quibus querun-
 tur Schismatici, praesertim ordinatio
 Athanasii, Presbyteri, & aekonomi Doli-
 chii, in ejusdem Ecclesiae Episcopum in
 locum

Saeculum V.
 A. C. 434.

c. 126.

c. 127.

c. 129.

c. 130.

c. 132.

c. 133-135.
 165.

Schismatici.

Sæculum V. locum Abib consecrati, & Mariniani
A.C. 435. Episcopi Barbaliffæ, in Acilini locum

constituti. Novorum istorum Episcoporum vita irreprehensibilis non erat; præterea objiciebatur, has ordinationes absente Metropolita, & illius Provincia Episcopis, factas. Verum cum id ipsum ageretur, ut Schismatici suis Ecclesiis pellerentur, haud dubie nemini in mentem veniebat, ipsorum consensum exquirere. Alexander Hierapolitanus, & Suffraganei ejus, ut nullam viam relinquerent intentatam, Principes Regias, nempe Pulcheriam, & Sorores ejus in suas partes trahere conati sunt. Ad has ergo

- c. 135. Clericos, & Monachos miserunt, ferentes epistolam, qua Joannis Antiocheni persecutionem se pati gravantur, ipsum in eorum Provincia duos Episcopos, quorum mores Fidelibus scandalo essent, ordinasse; alii recentissime in Ecclesia Martyris S. Sergii, in Diœcesi Hierapolitana sicæ, manus imposuisse. Rogant Principes, ut hæc mala ad Imperatorem deferant, qui Auctoritate Cæsarea remedium ferat. Non invenimus, hanc epistolam quidem quam Schismaticis profuisse. Alias quoque Alexander queritur, istam S. Sergii Ecclesiam sibi fuisse ereptam, in quam se dicit, prope trecentas auri libras impendisse, suamque Ecclesiam multo ære alieno gravasse. Nempe illam Ecclesiam magnifice reparaverat.

Ex alia parte Proclus Dorotheum Sæculum V.
 Marcianopoli ejicere adlaborabat, Moe- A. C. 434.
 siae Metropolitanam; & hunc in finem Cle-
 ricis, populoque illius Ecclesiae scripsit;
 ipsi vero charissimum sibi Episcopum for-
 titer tuebantur. Dorotheus, cum hæc
 nova ad Alexandrum Hierapolitanum
 perscriberet, eundem invitabat, ut Con-
 stantinopolim proficisceretur, & Cæsaris
 alloquium peteret. Hæc forte causa
 mandati fuit, ne Orientales ad Regiam
 venirent.

§. XXIX.

S. Cyrilli Defensio.

Contra fuere ex Catholicis non nulli, Conc. Eph.
 qui S. Cyrillum reprehenderent, di- p. 3. c. 37.
 cerentque, ipsum in illa Reconciliatione
 Orientalibus nimium concessisse. Verba
 expositionis eorum rursus examini subji-
 ciebant, & quærebant: *quare Cyrillus*
permisit, imo & probavit, ut duas Naturas
nominarent? jam Nestoriani dicunt, Cy-
villum sibi assentiri, & illis, qui veri-
tatem non perspiciunt, imponunt. Ejus-
 modi falsum rumorem Constantinopoli
 quoque sparsum fuisse, colligimus ex iis,
 quæ S. Cyrillus dicit in epistola, ad Pres-
 byterum Eulogium, suam in ea urbe
 mandatarium, data; docet enim, quo-
 modo his objectionibus respondendum,
 & Doctrinam Catholicam in hoc puncto
 Hist. Eccles. Tom. VI. T ex-

Sæculum V. exacte explicat. Ad Donatum etiam, Episcopum
 A. C. 434. copum Nicopolitanum in Epiro, scripsit
Ibid. c. 386. ut ejusmodi criminationes antevertere
 retractasse se, quæ contra Nestorium
 scripsisset, & omnia, quæ in hac conve-
 tione acta, atque Pauli Emefeni tracta-
 tionem enarrat.

Rurfus S. Cyrillus hujus rei rationem
 reddit Acacio Melitinensi, antiquo suo
 amico, & postquam factum recensuit,
 subjungit: *Nestorii Sectatores in despera-
 tionem acti, quod ab omnibus deserantur,
 similes videntur hominibus natantibus,
 jamjamque submergendis, qui, quodcumque
 p. 1115. occurrerit, manibus arripiunt. Fama
 virorum, a se dissentientium, nequitiam
 proscindunt. Dicunt, Orientales erro-
 ribus Nestorii non renuntiasse, meque ipsos
 accusant, quod contraria sentiam ab illis,
 quæ scripsi, & novum Symbolum, quod
 spreto antiquo, receperim. Sed quæso,
 ipse Nestorius suos errores damnasset, &
 scriptam Confessionem fidei Catholicam
 tradidisset, quis diceret, eundem novum
 Symbolum condidisse? Explicat deinde,
 quantum Expositio fidei, quam ab Orien-
 talibus acceperat, a Doctrina Nestorii
 differat.*

Cum idem Acacius a S. Cyrillo peti-
 set, ut sibi explicaret, quid Hircus My-
Levit. 16, 5. cus emissarius, cujus in Levitico mentio
Cyr. ep. p. 121. fit, significet; S. Cyrillus longam ad eum
 dedit

dedit epistolam, in qua dicit, fuisse figuram Iesu Christi, æque ac alterum, qui eodem tempore immolabatur. Hunc Iesu Christi Humanitatem exhibere, secundum quam pro nobis passus est, emisarium vero Divinitatem, secundum quam liber, & a morte exemptus fuit. Eodem modo caeremoniam explicat de duabus avibus, quas Leprosus in suam emundationem offerre tenebatur. Arrepta hac occasione fusius de Mysterio Incarnationis disserit, & unitatem Personæ in duabus Naturis exponit. S. Cyrillus aliam epistolam apologeticam scripsit ad Successum, Episcopum Diocæsariensem in Isauria, qui ipsum consuluerat, num dicere oporteret, duas in Iesu Christo esse Naturas. In ea primum contra Nestorium asserit, Iesum Christum tam ante quam post Incarnationem unum esse, & ulterius probat, hanc unionem ex duarum Naturarum concursu oriri; nos easdem post unionem non amplius dividere, sed cum Patribus dicere, unam Naturam Dei Verbi incarnatam, quod statim explicat, dicendo, duas adesse Naturas unitas, sed Iesum Christum unum esse. Exemplum adducit Naturæ humanæ, in qua homo quilibet unus est, quamvis compositus ex anima, & corpore, quæ diversissimæ sunt naturæ. Ad aliam postea Quæstionem respondet; quomodo Iesu Christi

Sæculum V.
A. C. 434.

Conc. Eph. 3.
p. 6. 36.

Epist. p. 127.

Levit. 14. 4.
Etc.

S. Cyrillus.
Ep. Cyr.
p. 135.

Conc. Eph. 3.
p. 6. 36.

p. 137.

Sæculum V. Corpus post Resurrectionem sit Divinum
A.C. 434. nempe non quia natura aliud est, sed quia
 ab infirmitatibus humanis liberum sit.

Successus, accepta hac explanatione
Epist. p. 141. quasdam contra objectiones misit, quibus
 S. Cyrillus longiore iterum, quam prima
 fuerat, epistola respondit. Probat, quod
 dum unam dicit Naturam, nullam idcirco
 admittit confusionem, aut commixtionem,
 quia Divinitas immutabilis est, & Humanitas
 integra in Jesu Christo remanet, nam non est
 simpliciter una Natura, sed una Natura incarnata.
 Notat, quod Sacra Scriptura tres de Jesu Christo lo-
 quendi modos occurrere; quædam soli
 Divinitati congruere, quædam soli Humanitati,
 & alia utrique. Has duas epistolas, sicut & præcedentes,
 S. Cyrillus eum in finem scripsit, ut objecta sibi
 Reconciliationem cum Orientalibus conciliaret.

Conc. Ephes. 3. p. 6. 40. Similem ferme epistolam dedit
 Valerianum, Episcopum Iconiensem, qui fidei
 Catholicam de Incarnatione explicat; sub finem
 addit: *ajunt, eam aliquorum temeritatem, ut in vulgus edocuerint,
 errorem Nestorii apud Episcopos Orientis obtinuisse, ideo necessarium duxerunt,
 ut te hac super re veritatem edocerem.* Nestorius
 rat deinde, quomodo Joannes, & cæteri
 clare mentem suam exposuerint, & subiungit:
si ergo aliud sentire insimulentur

ne credas; eos, qui talia dicunt, rejicias, *Sæculum V.*
 tanquam mendaces, & si epistolæ ipsorum *A. C. 434.*
 nomine scriptæ producantur, falsas esse
 scias. Rursus similia scripsit ad Maximum, *Ep. ad Max.*
 Diaconum Antiochenum, qui gravabatur, *to. 5. p. 192.*
 cum Joanne Episcopo communicare, quod
 is in Communionem suam recepisset Ne-
 storianos, quorum conversionem parum
 sinceram Maximus credebat. Huic S.
 Cyrillus suadet, ut abjuratiōe externa
 contentus, in intima conscientia eorum
 penetrare nolit.

§. XXX.

Epistola S. Isidori Pelusiaci.

Sanctus Isidorus Pelusiota & Cyrillum *Lib. i. epist.*
 reprehenderat, quod ipsum crederet *370.*
 animorum dissensionem alere. S. Scri-
 pturæ exempla me terrent, inquit: &
 ut tibi scribam, quæ necessaria videntur,
 cogunt. Si Pater tuus sum, ut dicis,
 exemplum Heli horreo; si Filius tuus,
 quod verius est, nam S. Marci vicem ge-
 ris, Jonathæ sortem timeo, qui Parentem
 non cohibuit, ne Pythonissam consuleret.
 Ne igitur uterque damnemur, fac conten-
 tionis finem! noli privata injuriæ ultio-
 nem cum Ecclesiæ detrimento urgere, nec
 sub Religionis specie inimicitias æternas
 fove. Cum vero deinde ad ejus notitiam
 devenissent ea, quæ S. Cyrillus scripserat,
 ut Orientalibus satisfaceret, iterum S. Isi-
 dorus,

Sæculum V. dorus, ratus ipsum adversariis nimium
A. C. 434. indulgisse, rescripsit in hunc modum

L. I. p. 324. *Semper constantem te esse oportet; nam
quam ita te timor occupet, ut Dei causam
prodere audeas, & tibi metipsi adversari
videaris; si enim ea, quæ novissime scripsisti,
cum epistolis prioribus conferas, agnosces,
te vel adulationis, vel levitatis, certe
inconstantia notam mereri; observabis,
inquam: ne utiquam te illustres alii
athletas imitari, qui totam vitam in tristis
exilio agere maluerunt, quam opinioni
erroneæ, vel a longe, aurem præbere.*

Ex prima istarum epistolarum videmus, S. Isidorum fuisse tunc admodum Senem, quem S. Cyrillus, maximæ Sedis Episcopus, Patrem appellaret. Ex utraque libertas apparet, qua scribere solebat, & in omnibus ejus notatur epistoliarum earum quippe maximus est numerus, præsertim dogmaticarum, quibus vel loca Sacræ Scripturæ difficiliora explanat, vel Religionis Doctrinam confirmat. Aliæ Disciplinam respiciunt, & in iis viros Ecclesiasticos, ipsos Episcopos, & speciatim Monachos instruit. Tandem aliquæ Doctrinam Moralem tractant, atque omni status, & conditionis hominibus laicis erudiendis scriptæ sunt.

Lib. III. ep. 195. Cum non nemo S. Isidorum per litteras consultasset, quid sentiendum de efficacia Baptismi in infantes? respondit:
vilem

vilem valde Ideam de hoc Sacramento ^{Sæculum V.}
illos sibi fingere, qui putarent, nulli alii ^{A.C. 434.}
Bono esse, quam ut animam a macula,
per peccatum Adami contracta, purget;
dicit præterea, excellentes Baptismi vir-
tutes esse, quod gratias plurimas super-
naturales per regenerationem, Sanctifi-
cationem, & Adoptionem conferat, ho-
minem idem cum Jesu Christi corpore
effici, & participatione Sacrorum My-
steriorum Carni ejus uniri. (*) Nempe
illa ætate Baptismus nunquam nisi cum
S. Evcharistia etiam infantibus confereba-
tur, atque tam unum, quam alterum ad ^{Lib. II. ep.}
Salutem necessarium credebatur, quod in ^{52.}
alia epistola affirmat.

§. XXXI.

Mandata contra Schismaticos.

Cum primo Cæsaris mandato haud mul-
tum fuisset effectum, alterum contra ^{Coll. Lup.}
Schismaticos Orientales editum, & qui-
dem nominatim contra Helladium Tar-
senssem, Maximinum Anazarbenssem, Ale-
xandrum Hierapolitanum, & Theodore-
tum, quo Joanni Antiocheno communi-
care jubebantur, si detrectarent, a suis
Ecclesiis pellerentur. Mandatum istud

T 4

Comes

(*) Ex his verbis realis Præsentia Christi in
Evcharistia probatur. Quis enim de præsentia
Symbolica ita loqueretur?

Sæculum V. Comes Titus, Vicarius in Oriente, dixit ad Dionysium militum Magistrum

A. C. 434.

c. 143

c. 144.

qui rem singulis quatuor Episcopis indicavit. Ad Helladium etiam illi, qui Constantinopoli negotia ejus curabant perscripserant, magnam ibi Proclum auctoritatem, eumque ad Joannem Antiochenum epistolam suam Synodicam missurum, additis litteris Imperatoris quibus imperabatur, ut, qui eam recipere nollent, suis Ecclesiis ejicerentur.

c. 145.

Helladius acceptum nuntium Meletio Mopsuesteno communicavit, consilium requirens, quid factu opus esset; Meletius respondit, non posse se nec Proclum, nec Joannem Antiochenum, tanquam Episcopos agnoscere, & si totus Mundus Sæculi præsentis corruptionem sequeretur, statutum sibi, puram servare conscientiam. In alio loco dicit: *ex quo Joannes Cyrillo se junxit, unica vice litteras ex manibus cujusdam Magistrum accepi, sed extemplo eas afferenti in faciem projecit, qui nequidem responsum petere ausus est.* Meletius iste fuit ex illis, qui in Schismate usque in finem perseverarunt.

c. 146.

Comes Titus ad Theodoretum Epistolam dedit, simulque ad Monachos, & speciatim ad illos qui cæteris illustriores erant, scilicet S. Jacobum Nisibiensem juniorem, S. Simeonem Stiliten, & S. Baradatum.

tum. In Epistola ad Theodoretum dicebat; nisi in ita paci accederet, ejiciendum esse, & alium in ejus locum ordinandum. Has quidem minas Theodoretus solo risu excepit; eum vero Sanctorum Monachorum instantissimus hortatus, & objurgatio vehementer commoverunt. In initio indignatio animum subiit, & prope fuit, ut, ira superante, urbe, & Provincia relicta, in solitudinem migraret, denuo vitam asceticam ducturus. Flecti tamen se passus est, cum Sancti Monachi promitterent, se euntem comituros, ut simul omnes cum Joanne Antiocheno deliberarent in loco, Gindarus dicto, media inter Cyrum, & Antiochiam via sito; nam Theodoretus usque Antiochiam ire nolebat, ne cum Joanne aperte communicare videretur. Hæc omnia præscripsit ad Alexandrum Hierapolitanum, qui ei respondit: *Audido, Hæresin illorum, qui Deum passibilem faciunt, regnare Constantinopoli, ubi aperte prædicatur. (Doctrina Catholica ipsi Hæresis est) Equidem Sanctorum Monachorum contra nos zelo non nihil moveor, verumtamen etiam si omnes a Mundi exordio mortuos ad vitam revocarent, tamen eos rogo, ut acquiescant, & pro nobis orent; si damnant nos, ignoscat illis Deus; majoris Auctoritatis non sunt, quam Apostoli, aut Angeli de cælo, quos*

Sæculum V.
A. C. 434.

Theodoretus.

T 5

Jesus

Sæculum V.
A. C. 434.

Gal. I. 8.

*I*esus Christus ex ore S. Pauli anathematizat, si quid præter ejus Evangelium prædicent. Si quemquam ad eos mittas, nomine certos esse jube, si mihi Joannem totum Regnum Cælorum in præmium daret, me cum ipso non communicaturum donec illud fuerit correctum, quod huic universali fidei Diluvio causam dedit. Laudetur Deus! pro Adversariis Concilia, Episcopi, Regna, Judices stant; pro vero Deum, & fidei ejus puritatem habemus. (*)

c. 148.

Rursus Theodoretus ad eum scripsit. Quæso, ne tantum de fide sollicitus sis, sed & de pace Ecclesiarum, quæ reverentia nimis motibus concutiuntur. Jam vulgi fabula finis. Et alibi: Quantum mihi licet futura conjicere, obstinationem nostram nullum bonum sequetur, turbabuntur Ecclesiæ, greges nostros lupi invadent. Timendum, ne Deus rigorem nostrum nimium puniat, quodque privatum magis, quam populorum utilitatem queramus. Confer lucrum, & damnum, & minus malum elige! Reposuit Alexander: Inutile est, eadem multoties repetere. Epistolas meas ante scriptas relegere. & noli mihi ultra molestus esse. Vicarij Deus! si lucrum aspicio, amorem, & de fide

c. 151.

c. 152.

(*) Similia dicunt Protestantes, & cum Alexandro falluntur.

fiderium Deo fruendi bonori, & Gloria Sæculum V.
A. C. 434.
bujus Sæculi præpono, si jacturam æsti-
mo, malo hic Exilium, mortem, & op-
probria hominum perpeti, quam ibi sup-
plicium æternum! ne mireris, si in Epi-
stolis nostris diversissima affirmemus; tibi
Cyrillus Catholicus est, mihi Hæreticus.
Dum nostra ætate Beati Episcopi Mele- Sup. XVI.
§. 26. 33.
XVII. 16.
tius, Eusebius, Barses, aliique ejicieban-
tur, Deo Ecclesie eorum curæ fuerunt,
nec ab expulsis Episcopis deinde ovium
ratio reddenda fuit. Fac, quod tuæ ma- c. 156.
gis proficuum credideris. In Epistola ad
Meletium Mopsuestenum idem Alexan-
der dicit: Tempore Diluvii suffecit Deo
virum unum, & in fornace Babylonica
baud plures, quam tres sibi eligere.

§. XXXII.

Theodoretus, & Cilicum ad Ecclesiam
reditus.

Theodoretus Joanni Antiocheno collo- c. 160. 162.
161.
cutus, consensit, ut nulla de Nesto-
rii Depositione fieret mentio, sed tantum
de fide, de qua cum inter ambos conve-
niret, ad Joannis Communionem rediit.
Maximinus Anazarbensis, aliique secun-
dæ Ciliciæ Episcopi, conditionibus his
acceptis, totius Provinciæ nomine ad
Joannem Antiochenum litteras dede-
runt, quibus ejus Communionem pete-
bant;

Sæculum V. bant; solo excepto Meletio Mopsueste
 A. C. 434. no, cui schisma præplacuit; nam dicitur
 c. 157. 159. bat: *Nibil interest, an majori vel minori*
 c. 158. c. 160. *numero adhaream.* Theodoretus etiam
 161. c. 166. Helladio Tarsensi, aliisque primæ Cili-
 168. 171. ciæ Episcopis persuasit, ut huic paci subscriberent. Episcopi Isauriæ quoque
 c. 173. 174. transactioni manus dedere. Itaque cum
 175. c. 176. solius Meletii pervicacia inter omnes Cili-
 177. ciæ Episcopos frangi non potuisset, Joannes Antiochenus, ipso deposito, in
 c. 179. ejus Sedem Mopsuestenam Chomasium seu Thomam, ordinavit, & ab Imperatore
 mandatum obtinuit, quo Meletius Melitinam Armeniæ in Exilium mitteretur.

Tunc vero Theodoretus extremos conatus adhibuit, ut Alexandrum Hierapolitanum permoveret. Scripsit in verba submississima: *Se pedibus ejus advolet, & genua amplecti.* Scripsit etiam ad Mocimum, Ecclesiæ ejus œconomum. Scripsit quoque ad Nestorium, rogans eum, ut Alexandrum ad pacem exhortaretur; siquidem hæc Epistola verè Theodoreti est. Alexander Theodoro respondit: *Persuasum mihi, nihil quod tuum esset, pro salute infelicis animæ meæ omissum; imo plus quam Bonus Pastor ex Evangelio fecisti, qui ovem perditam semel tantum quæsit. Quæ sit igitur, & cessa imposterum te, nosque sitigare.*

c. 166. 168.

c. 170.

c. 167.

*tigare. Non ego curo, quid Cilices, & Sæculum V.
Isauri faciant. Etiam si vero omnes, qui A. C. 434.
a Mundi primordio defuncti vita sunt,
resurgerent, & abominationem Ægypti
nomine Pietatis decorarent, non eos ma-
jori fide dignos crederem, quam scientiam,
quam dedit mihi Deus. Et inferius: Non
insanio, necdum mente captus sum; parce,
precor, senectuti meæ. Potius millemor-
tes subire paratus sum, quam in hanc
Communionem consentire. Post hæc A-
lexander hac super re nulli amicorum
suorum, nec loqui, aut scribere, imo nec
in conspectum admittere, nec denique
eorum vel meminisse volebat.*

Ergo Theodoretus, ad Joannem An-
tiochenum conversus, rogabat, ut patien-
tiæ locum daret, & prohiberet, ne quis-
quam ultra bono Seni importunus esset.
*Nota est tibi viri probitas, scribit: nihil e. 172.
nisi quietem quarit, forte data mora mi-
tescet; et si etiam mentem nunquam mu-
taret, nihil inde mali sequeretur; tumul-
tum excitare nec vult, nec potest; si vero
expellatur, grande malum orietur, divisa
erit Ecclesia Constantinopoli, & in plu-
ribus aliis Civitatibus, ubi non nulli sunt,
qui rerum ignari Alexandrum fidei pu-
rissimæ Defensorem credunt. Magnam
haud dubie tibi conciliabis invidiam.*

Sæculum V.
A. C. 435.

§. XXXIII.

Alexander Hierapoli pellitur.

c. 180. 181.

Cum ergo Alexandrum constaret inflexibilem, nihilominus Comes Dynisus, & Locumtenens ejus Titus rusus ad eum scripsere, & amico animo hortabantur, ut Imperatoris mandatum obedi- ret, Concilio Ephesino se submitteret, & cum Joanne Antiocheno communicaret; nisi faceret, cogi se, mandatum exequi, Ecclesia sua eum pellere, & in exilium amandare. Respondit Alexander; jam pridem se ad persecutionem sustinendam animo comparatum; hoc unicum rogare, ut sine tumultu educeretur. Titus ad Lybianum, Euphratensianæ Præto- rem, scripsit, ut Alexandrum pelleret, si imperium respuere perseveraret, & ejus Sedis possessionem affereret illi, quem Concilium Episcoporum ordinasset. Potestatem etiam faciebat utendi militum opera, qui in illa Civitate divertebant. *Si tibi, inquit: vires majores necessariae sint, aut omnino nostra presentia, id nobis indica, & veniemus.*

c. 182.

Lybiano hoc mandatum, cum Imperatoris Epistola adjuncta, decima quinta Aprilis anno 435. redditum.

c. 183.

Alexander sine mora obediit, & discessit, nec ullum dedit indicium, quod regre Episcopatum relinqueret. At ve-

c. 184.

c. 185.

ro

ro totam civitatem Hierapolitanam in-
 gens confternatio invasit, omnes lacry-
 mis madebant, resonabant plateæ cla-
 moribus lamentantium, eripi sibi Patrem,
 & Pastorem, qui se ab infantia erudiisset;
 Doctrinam, & vitæ Sanctitatem dilauda-
 bant, calamitatis ejus Auctores, ipsum-
 que Imperatorem criminabantur; clau-
 serunt Ecclesias, jamque omnia ad sedi-
 tionem spectabant, clamabantque furen-
 tes, sibi ipsis vim illaturos, nisi charissi-
 mus sibi Episcopus restitueretur. At
 Prætor Lybianus seditiosos cohibuit,
 jussit Ecclesias aperiri, & celebrari de
 more officia. Comiti Orientis, & Joan-
 ni Antiocheno omnia, quæ acciderant,
 per litteras indicavit, sicut & vota po-
 puli precesque, quas acclamando in Ec-
 clesia manifestaverat. Joannes Antio-
 chenus scripsit ad populum, omnem se
 movisse lapidem, ut Alexandrum ad sa-
 niora revocaret consilia, *At vero arro-*
gantia, inquit, & obstinatio, inexorabi-
lem reddiderunt. Hodieque, si mentem
mutet, promptissime ipsum recipiemus, &
vobis reddere gaudebimus; si sponte in
præcipitium irruat, nos coram Deo, &
Hominibus, innoxii eximus.

§. XXXIV.

Nestorii Exitus.

Nestorius interea in suo Monasterio *Conc. Ephes.*
 prope p. 3. c. 45.

Sæculum V.

A. C. 435.

c. 186.

c. 188.

Sæculum V. prope Antiochiam degebat. *T*
 A C. 435. dem Imperator Theodosius Legem con-
 tra eum tulit, ut Sectatores ejus Simon
L. ult. C. Th. tanquam Simonis Magi imitatores, ap-
 pellarentur, libri ejus supprimerentur,
de hor. & publice cremarentur; Nestoriani con-
 ventus alicubi agere prohiberentur,
 facerent, omnibus bonis suis privaren-
 tur. Lex ista Latine, & Græce promul-
 gata est, ut ad omnium notitiam perve-
 niret, atque tertio Nonas Aug. anni
 435. id est Theodosio decimo quinto Con-
 sule, tertia Aug. data. Anno sequenti
 436. aliud Rescriptum ad Isidorum, Præ-
 fectum Prætorio, & Consulem directum
 est, quo jubebatur, Nestorium, privatam
 omnibus bonis & Ecclesiæ Constantino-
 politanæ adscriptis, Petram in exilium
 ejicere.

Evagr. 1.
hist. c. 7.

Ergo Nestorius, e suo Monasterio, octo
 annos quatuor integros post suam depo-
 sitionem in quiete moratus fuerat, pel-
 litur. Quamvis in Rescripto relegatio-
 nis ejus urbs Petra designetur, in Arabia
 sita, constat tamen, in Desertum Oasis
 prope Ægyptum fuisse translatum, seu
 mandatum, antequam illuc deveniret,
 fuerit mutatum, seu ipse ex uno loco in
Nestorius. alium devectus. Haud multo post tem-
 pore Civitas Oasis, vel Ibis, utrumque
 enim nomen occurrit, a Blemianis, vi-
 cinis Barbaris, direpta est, multi captivi
 inter

inter quos & ipse Nestorius, abducti; po-
stea tamen ad suos redire licuit, vene-
runtque Panopolim, unde Nestorius ad
Thebaidis Prætorem scripsit, ne forte
fugere voluisse crederetur. Prætoreun-
dem Panopoli Elephantinam, in finibus
sitam, & deinde Panopolim revehi jus-
sit; inde rursus in alium ejusdem terri-
torii oppidum, &, accepto novissimo
mandato, in quartum exilii locum de-
portari præcepit. Obiit tandem Nesto-
rius senectute, & infirmitatibus pressus;
ajunt, linguam ejus a vermibus corro-
sam. (*)

Schis-

(*) Da haben wir wiederum eine Anmerkung
des Uebersetzers. Diejenigen gefallen ihm nicht,
welche den Arius, Nestorius, und Origenes im höl-
lischen Feuer sitzend wollen gesehen haben. Nun,
es gefällt mir auch nicht; er aber ziehet die Gele-
genheit wider ihren Willen bey den Haaren daher,
um den heil. Cyrillus mit diesen Leuten zu vermeh-
ren, und saget: So unbarmherzig ist der wilde
de Religionseifer, wenn er in einen solchen
Menschen geräth, wie Cyrillus von Alexan-
drien war, der das Amt der Obrige-
keit schändlich gemißbrauchet. Mein Ueber-
setzer! ich sehe aus seiner Schreibart, daß er von
einem weit wilderen Religionseifer regiret werde,
als unser heil. Cyrillus. Es will der Zorn dieses
Menschen über diesen heil. Mann kein Ende neh-
men. Es kann ihn nichts anders so sehr aufge-
zucht

Hist. Eccles. Tom. VI.

U

bracht

Sæculum V.

A. C. 435.

Coll. Lup.

c. 190.

Schismatici Episcopos quindecim
merabant, Sedibus suis privatos, qui
cum sancto Cyrillo, & Joanne Antiocheno
communicare noluerint, nempe Alexan-
dram Hierapolitanum, Provinciae Euphratesianæ
Metropolitam, ad metropolis in Ægyptum missum. Ex
dem Provincia Abid Dolichiensem, Scythiam

bracht haben, als daß er diesen heil. Bischof in
Lehre von der Gegenwart Christi im heil. Sacra-
ment, und von dem Gewalt des päpstlichen Erbes
nicht widerlegen kann. Wie hat denn der heil.
Cyrillus das Amt der Obrigkeit gemißbraucht?
Was ist denn dem Nestorius geschehen? Das
Concilium hat ihn als einen offenbaren, und hart-
näckigen Ketzer excommuniciret, und abgesetzt.
Der Kayser hat ihn ins Elende verwiesen. Dies
ist dem Uebersetzer zu viel; ja den Freygeistern
und Ketzerpatronen ist jede Strafe zu groß. Er
war, sagt er: bey dem Nestorius keine Ketze-
rey, sondern nur ein Eigensinn; so nahe
unser Uebersetzer mit der Gottesgelehrtheit
verwandt, daß er diese Frage verstehen könnte.
Uebrigens müssen sich die Katholicken immer den
Verfolgungsgeist vorwerfen lassen, da doch Luther
allein an mehrern Verfolgungen, und Blutes-
gießen Ursach gewesen, als man bey den Katho-
licken in einigen Jahrhunderten nicht liest. Dies
ich dieses schreibe im Jahre 1757. im October.
sind alle Preussische Länder in Westphalen, und
Hessen, alle Chur-Handörische bis auf Stade, und
die Herzoglich Braunschweigischen Länder in der
Kamp

sua pulsum, Acilinum Barbaliffensem, primo etiam pulsum, & postea, quia Joannis Antiocheni Communionem recepit, licet Nestorii Depositionem non probaret, restitutum. Eutherium Thyanæum, secundæ Cappadociæ Metropolitanam, relegatum Scythopolim, inde iterum ejectum, & Tyri vita functum. Zenobium Zephyriensem in prima Cilicia, qui sponte Ecclesia sua discessit, deinde Tiberiadem relegatum, unde iterum pulsus. Meletium Mopsuestenum ex secunda Cilicia, Melitinam in Armeniam proscriptum, ubi diem clausit; dicebant Schismatici, ipsum persequente Acacio, Catholico Melitinæ Episcopo, multa passum. Anastasius ex Tenedos, & Pausianus Hypatiensis ultro a suis Ecclesiis abscesserunt. Theosebius ex Chios, seu potius Ceos in Bithynia in sua Ecclesia e vivis abiit; non fuit expulsus, licet neque in Depositionem Nestorii consensisset, nec cum S. Cyrillo communicasset;

U 2 at

Kaiserin Königin zu Ungarn etc. und des Königs in Frankreich Gewalt; nichts desto weniger höret man nichts von einem Verfolgungsgeiste; es ist auch gar keine Gefahr, ob es schon Preussische Schriftsteller ohne Grunde vorgegeben, daß weder Hohe, noch Niedere im mindesten wegen ihrer protestantischen Religion sollten gekränkt werden.

Sæculum V. at verosimile est, fuisse depositum. A. C. 435. Ita se habebant in Asia. In Europa Dorotheus Marcianopolitanus, Mœsiæ Metropolitana, ejectus est, & Cæsaream Cappadocia relegatus. Valeanus, & Eudocius sua sponte discesserunt. Basilii Larissensis, Thessaliæ Metropolitani Schismaticis credimus, multa tulit mala, nec ideo tamen moveri potuit, ut Nestorium damnaret. Maximinus, & Maximus Demetriadenus, ejusdem Provinciæ post Depositionem Nestorii, nomine jubente, Ecclesiam suam reliquit. Julianus quoque Sardicensis, Illyrici Metropolitana, Nestorium damnare renuit. Universim non plures quam sex Sedibus suis expulsi. (*)

§. XXXI

(*) De Nestorianis hodiernis, qui jam Jacobitæ, aut Syrii dicuntur, R. P. Boucher, Ordinis Minorum Observantium, in suo Fasciculo Sacro, seu itinere in Terram Sanctam inter alia hæc habet: *Hi contra usum communem omnium Schismaticorum Orientalium Diebus Martis, & Veneris post Solis occasum carnes comedunt. Dum Cruce frontem signant, uno facili digito, ut indicent, quod unam tantum in Christo Naturam confiteantur. Circumciduntur, & deinde baptizantur. Peccata Presbytero non confitentur, sed soli Deo, dumque Presbyteri Missam celebrant, pœnitentiæ signacula cum carbonibus circa se ponunt,*

§. XXXV.

Sæculum V.
A. C. 436.*Secunda Aristolai profectio.*

Edictum istud contra Nestorium Ari-
stolaus Tribunus misit in Orientem, *Coll. Lup. c. 194. c. 192.*
cum mandato, ut omnes Episcopi illud
reciperent. Epistolam Synodalem E-
piscoporum primæ Ciliciæ, nempe Hel-
ladii Tarsensis, & aliorum quatuor, ha-
bemus. Eam ad Imperatorem direxerunt,
dicuntque, se, cum Aristolaus cum ejus
mandato venisset, libenter imperata
fecisse. *Communione sancti Concilii
Epbesini, inquit: amplectimur, Nesto-
rium, olim Episcopum Constantinopolita-
num depositum tenemus, eundem propter*

U 3 *Doctri-*

*bus thus injiciunt, putantes, peccata sua, quæ
Deo confitentur, eo modo deleri, quo incensum i-
gne consumitur. Idem Auctor in fine subjun-
git: Hoc quoque notemus, amice Lector! Sex
Nationes Christianorum Schismaticorum, quas
memoravimus, etiamsi & inter se ipsas in mul-
tis dissentiant, atque in pluribus punctis, &
Articulis Religionis a nobis discrepent, nihilo-
minus omnes in Fide de Celebratione S. Sacri-
ficii Missæ, & reali Existentia pretiosi Corpo-
ris, & Sanguinis, sub specie panis, & vini post
Verba Sacramentalia consentire idque nobis
fortissimum argumentum suggerit contra illos,
qui obstinatione magis, quam ratione, clarissi-
mam Veritatem oppugnant.*

Sæculum V. *Doctrinam impiam, quam viva voce, et*
A.C. 436. *scriptis docuit, anathematizamus, senten-*
tiamus cum Sanctis Episcopis, Sixto Rom-
ano, Proclo Constantinopolitano, Cyrillo
Alexandrino, Joanne Antiocheno, &
omnibus aliis; cum ipsis Nestorium anathe-
matizamus, omnes illos, qui eandem im-
pietatem defendunt. Notandum, quod
Episcopum Constantinopolitanum secun-
do loco ponant.

Cum ad S. Cyrilli notitiam pervenisset, quosdam in Oriente Episcopos putare, ad nihil aliud se teneri, quam quod Epistola Imperatoris vocali expressione jubebat, & Nestorium ore tantum damnare, scripsit ad Aristolaum, si pariter sincere quæreretur, hos Episcopos ad id debere, ut non solum Nestorium, & Doctrinam ejus anathematizent, sed etiam ut aperte fateantur, unicum esse Jesum Christum, Filium Dei, eundem de Deo genitum ante tempora, & ex muliere in novissimis temporibus, secundum carnem; ita ut una sit Persona, sicut nempe S. Cyrillus in sua Epistola explicat. Joanni Antiocheno misit eandem formulam, utpote extinguendis jurgiis necessariam; Scio enim, inquit: *in vestris partibus Episcopos inveniri, qui Nestorium, & dogmata ejus anathematizantes, eadem nihilominus aliunde propugnant, affirmantque, ideo solum fuisse damnatum, quod*

Nomen

Nomen, Matris Dei, nolisset admittere. Sæculum V.
Præsertim contra Theodoretum queritur; *Credebam,* inquit ad Joannem An-

A. C. 436.

tiochenum; *ipsum, cum mihi scripsisset,*
& *litteras meas recepisset, sincere pacem*
iniisse, interim tamen ex Daniele Pres-
bytero comperi, quod Nestorii Blasphemias non anathematizaverit, nec conde-
mnatione ejus subscripserit. Joannes An-

c. 210.

tiochenus ad Proclum scripsit de hoc
secundo itinere Aristolai, cui verosimi-
liter Epistolam suam ferendam tradidit;
in ea dicit: *Omnes Episcopi Orientis, si-*
cut & Episcopi totius Mundi, cognove-
runt, & damnarunt errorem Nestorii,
& Depositionem ejus probarunt. Omnes
in eadem sententia sumus, Symbolo Nicæ-
no nihil addendum esse, nihil demendum,
illudque eodem modo explicamus, quo San-
cti Episcopi antecessores nostri, scilicet in
Occidente Damasus, Innocentius, Ambro-
sus. In Græcia, & Illyrico, Methodius.
In Africa Cyprianus. Alexandriae Ale-
xander, Athanasius, Theophilus. Con-
stantinopoli, Nectarius, Joannes, Atticus.
In Ponto Basilius, & Gregorius. In A-
sia, Amphiloebus, Optimus. In Oriente,
Eustachius, Meletius, Flavianus. Hic
inserit Symbolum Nicænum, & subjun-
git: Hæc vobis perscribimus, ut iis sa-
tisfaciamus, quos instrui necessarium est,
nos enim omnia diximus, & fecimus, quæ

c. 117.

U 4

opor-

Saculum V. oportebat, ante annos quatuor, cum bo
 A.C. 437. tus Paulus a nobis rediit. De Pau
 Emefeno hic loquitur, & hic cognoscitur
 hanc Epistolam anno 437. fuisse data
 Sed nescio, unde infausta fors nos, &
 omnes nostras Ecclesias premat; omnes
 piscopi oræ maritimæ consenserunt,
 subscripserunt, Episcopi secundæ Phœni
 ciæ, Cilices jam anno superiore, Ar
 per manum Antiochi, Metropolita
 Mesopotamia, Osroene, Euphratesia,
 Syria secunda, omnia, quæ egimus,
 consensu firmarunt. Diu est, quod
 sponsum Isaurorum acceperitis; omnia
 prima Syria nobiscum subscripserunt.
 Tribuno Aristolao discere poteris, qu
 læto animo ista acceperit Clerus noster,
 quantum curas tuas laudet. Fac ergo
 ut tantus nunc saltem tumultus cesset,
 que a tot malis, quæ ob maledictum Ne
 storium tulimus, respiremus, & Pagani
 Phœnices, Palæstinae, & Arabiae, Judæi
 præsertim Laodicenis, & rebellibus
 Cilicia Nestorianis resistere valeamus.

§. XXXVI.

Theodori Mopsuesteni scripta.

Omnino verum erat, Nestorii Hæresis
 in Cilicia profundius radices egisse.
 Diximus Meletium Mopsuestenum, inter
 omnes utriusque Ciliciæ Episcopos so
 lum deponi, & exulare maluisse, quam
 recon

reconciliari. Antecessor ejus Theodo-
 rus Mopsuestenus Nestorii Magister fuis-
 se dicebatur; ipse vero Theodorus Di-
 scipulus Diodori, Episcopi Tarsensis, &
 primæ Ciliciæ Metropolitanæ fuerat. Ita-
 que Nestoriani, cum viderent Nestorium
 a reliquo toto orbe rejectum, libros ejus
 in Concilio Ephesino, & nuper ab Edi-
 cto Imperatoris damnatos, consilium ce-
 perunt, in publicum spargere opera ho-
 rum duorum Episcoporum, in Commu-
 nione Ecclesiæ defunctorum, & quorum
 fama eximia in toto Oriente superstes
 erat. Ambobus Patria Antiochia fuit,
 ubi Diodorus in duabus persecutionibus
 Arianorum, nempe sub Constantio, &
 Valente, fidem Catholicam fortiter de-
 fenderat, & Theodorus S. Joanni Chry-
 sostomo in paucis amicus fuerat. Dio-
 dorus commentarios ferme in totam Sa-
 cram Scripturam composuerat, præpri-
 mis sensui litterali intentus, rursus li-
 brum de S. Trinitate, alium contra A-
 pollinaristas, alium contra fatum, & A-
 strologos, præter alia opera. Multæ
 etiam ex ipsis Epistolis aliquamdiu
 asservatæ; Hodie vero libri ejus, sicut
 & Theodori, desiderantur. Is in pleros-
 que Scripturæ Libros commentatus fue-
 rat. Scripserat libros quindecim de In-
 carnatione, viginti quinque contra Eu-
 nomium, quatuor contra Apollinarem,

Sæculum V.
 A. C. 437.

Lib. brev.
 c. 10. Sup.
 L. XII. n. 46.

L. XVI. §. 26
 Sup. l. XIX.
 §. 7. Phot. C.
 223. Suid.
 Diod. p. 739.
 Socr. VI. c. 3
 Soz. VIII.
 c. 2. Hier.
 Scr.

Phot. Cod. 4.
 23. 81. 177.
 Geunad. c. 12

U 5 plures-

Sæculum V.
A.C. 437.

pluresque alios, de quibus nobis aliud, quam citationes, adductæ ab Actoribus, qui contra eum, aut in ejus defensionem scripserunt, supersunt.

Defensores
Nestorii,

Ergo Nestoriani conquisierunt, & lucem protraxerunt scripta istorum duorum Episcoporum, aliorumque, qui contra Eunomium, & Apollinarem, ut dicitur in Jesu Christo Naturas assererent, calumniam strinxerant, volebantque monstrare, Nestorium nihil novi, sed tantum veterum Doctrinam attulisse. Atque libri isti in plures spargerentur, eosdem in linguas Syriacam, Armenianam, & Persicam transfulerunt. Theodorus Acacius Melitensis, & Rabbula Edessenus, zelosissimi inter Catholicos Episcopi, in Theodori Mopsuesteni libros insurrexerunt. Rabbula eosdem in Ecclesia publice anathemate percussit.

Coll. Lup.
c. 199.

ibid. c. 43.

c. 206.

c. 205.

Brevi ista ad S. Cyrillum delata sunt. Ad eum Catholici Antiocheni scripserunt. Abbas autem Maximus, Alexandria ad ipsum profectus, dicebat, Orientales Nestorii Hæresin nunquam abjecisse & dum fingerent, Nestorium se condemnare, ejusdem Doctrinam, ac si ea videretur alterius, nempe Theodori esset, semper defendere. Econtra non nulli Episcopi Orientis ad S. Cyrillum litteras dederunt, quibus monebant, Theodori scri-

pta nulla reprehensione esse digna, cum nullam aliam, quam Doctrinam Athanasii, Basilii, & Gregorii tradidisset, & testimonium accederet populorum in Ecclesia exclamantium: *Theodori fides dilatetur in orbem! quod ipse credidit, & nos credimus.* Quia vero Orientales isti jactabant, se tenere Symbolum Nicænum, quod pravis explicationibus in rem suam detorquebant, S. Cyrillus ejusdem Symboli explanationem edidit, ubi materiam de Mysterio Incarnationis fusissime tractat; hanc Abbati Maximo, & quibusdam aliis in Oriente, qui expetierant, inscripsit, misitque ad Acacium Melitenensem, & Presbyterum, cui nomen Lampo, Constantinopolim, qui eam Principibus, Sororibus, & Imperatori traderet, ad quem Epistolam dedit, ut ipsius animum contra Diodori, & Theodori scripta præmuniret. Brevem etiam Tractatum conscripsit de Incarnatione, in tria divisum capita, primum, S. Virginem esse Matrem Dei, secundum, Jesum Christum esse unam, & non duas Personas, tertium, Verbum, quod impassibile permansit, pro nobis passum fuisse in carne sua.

Rabbula etiam, Episcopus Edessenus, ad Sanctum Cyrillum scripsit; Nestorianismum in Oriente validas radices egisse, Theodorum Mopsuestenum in suis libris

Sæculum V.
A. C. 437.

Conc. Ephes.
p. 3. c. 43.

Coll. Lup. c.
205. 206.
c. 198.
c. 208.

Sæculum V. A. C. 437. bris Doctrinam alienam ab ea, quam pulo prædicabat, docuisse, & aliquos ejus libris superesse, in quibus Lector suum sub Anathematis pœna obtestatur ne eos cuiquam communicet. Dicebat S. Virginem non vere esse Matrem Dei. Hominem non secundum substantiam seu subsistentiam, sed bona voluntate Verbo unitum fuisse; Jesum Christum non aliter, quam relatione ad Deum, tanquam imaginem, esse adorandum. Jesu Christi carnem nihil prodesse. S. Petrum non fuisse confessum, Jesum Christum esse Deum, & Ecclesiam super fidem in hominem esse fundatam. hunc modum Rabbula Theodori Doctrinam recenset. Oculis captus erat, & extrema senectute laborans, haud diu post hæc e vivis abiit.

Matth. 16. 16

Theod. lect.

lib. II. p. 565.

§. XXXVII.

Armenorum Legatio ad Proclum.

Liberat. c. 10 Idem Rabbula, & Acacius Melitensis ad Episcopos Armeniæ Epistolas dederunt, hortantes, ne libros Theodori Mopsuesteni reciperent, quod Hæreticus esset, & Doctrinæ Nestorii Auctor. Cælicæ Episcopis agendi hæc ratio in Rabbula, & Acacio displicebat, dicebantque invidia impelli, ut ea facerent. At Episcopi Armeniæ, postquam conventum convocassent, duos Presbyteros Leontium

tium, & Aberium pro more ad Proclum Sæculum V.
A. C. 437.
Constantinopolitanum cum libellis suis,
& uno Theodori volumine, miserunt, ut
scirent, num Proclo Doctrina Theodori,
vel ea, quam Rabbula, & Acacius trade-
bant, probaretur. In Armenorum Li-
bello sequentia legebantur: *Fuit Homo,
Generis humani pernicies, seu potius fe-
rox bellua, sub Diabolica hominis figu-
ra, qui falso nomen Theodori gerebat*
(nempe græce hæc vox significat: Do-
num Dei) *habitu, & Nomine Episcopus,
in Mundi angulo, & loco obscuro, Mopsue-
stæ, secundæ Ciliciæ urbe temnenda, lati-
tans, Pauli Samosateni progenies, quamvis
etiam Photini, aliorumque Hæresiarcha-
rum verbis in suo de Incarnatione libro
usus fuerit. Ea fuit hominis vafrities,
& temeritas, ut vipereæ suæ linguæ a-
culeo, & veneno omnes homines interime-
re in votis habuerit.* Plures deinde tex-
tus ex Theodoro afferebant, accusabant-
que, Hæresis Nestorianæ Auctorem fuis-
se; in Libelli conclusione Proclum roga-
bant, ut, quia Nestorius in Concilio E-
phesino nominatim damnatus fuisset,
ipse etiam Theodorum nominatim, om-
nesque, qui in Syria, & Cilicia ejus Do-
ctrinam sequebantur, condemnare vel-
let. In titulo hujus Libelli legitur;
fuisse præsentatum a Presbyteris, & Dia-
conis, quos Episcopi, Presbyteri, Monachi,
&

Sæculum V. & alii ex magna Armenia, & Persia, & aliisque Nationibus, ad Proclum, Episcopum Constantinopolitanum, miserunt

A. C. 437.

Proclus acceptis his litteris, & diligenter examinatis, scripsit longam

Tom. 3. Conc. Armenos Epistolam, quæ deinde Tomo p. 1217. ibid. dicta est, & in quibusdam latinis Editionibus Theodosio decimo quinto, & Valentiniano quarto Consulibus, id est, anno 435. data.

p. 1232.

Ad Episcopos, Presbyteros, & Archimandritas totius Armeniæ directa est. In ea Proclus clare explicat Incarnationis fidem, nempe unitatem

Procli Epist. Personæ, salva Naturarum distinctione, & ait; unum ex Trinitate Carnem assumpsisse. Hæc verba postmodum a Criticis rigidissime discussa.

p. 1225.

At vero de Theodoro Mopsuesteno nulla mentio; satis est Proclo errores refellere, dum neminem nominat. Hunc Tomum ad Joannem Antiochenum transmisit, per manus Theodori, Diaconi sui, & Maximi, districtè imperans, ut in omnibus voluntatem Joannis exequerentur, & Ecclesiarum pacem non turbarent.

Liber. c. 10. Tomo suo adjunxit articulos, tanquam hæreticos, presso Auctoris nomine, rogans Joannem Antiochenum, ut, conservandæ fidei amore, suo Tomo subscriberet, & hos articulos rejiceret.

Facund.

VIII. c. 2.

Ecce autem Legati Nomen Theodori Mopsuesteni, & quorundam aliorum veterum subjunxerunt,

runt,

runt, ut anathematizarentur. Joannes Sæculum V.
 Antiochenus, & Episcopi Orientis, cum A. C. 437.
 ipso congregati, perlectum Procli To-
 mum, probarunt, & subscripserunt, ve-
 rum articulos, cum suis Auctoribus sub-
 junctos, damnare recusarunt, cumque
 crederent, Proclum Legatis suis man-
 dasse, ut hos damnari expeterent, data
 Epistola Synodica conquesti sunt, quod
 Theodorum, virum, in pace, & commu-
 nione Ecclesiæ defunctum, condemnare
 vellet.

Proclus factum illorum, qui Articulis Auctorum Nomina subjunxerant, da- *Ex ep. Cyr. tom. 5. Conc. p. 486.*
 mnavit, & Maximo præcepit, ut, quæ Jo-
 annes Antiochenus juberet, simpliciter
 faceret. Joannes sua ex parte ad S. Cy-
 rillum scripsit, restaurari turbas, & timen-
 dum, ne multi in Nestorii errores, quos
 reliquerant, relaberentur. Quosdam
 Constantinopolim profectos, Imperato-
 rem sollicitasse, ut mandatum ederet,
 quo omnes Theodori Mopsuesteni libros,
 ejusque Personam anathematizare tene-
 rentur; maximam esse in Oriente viri
 famam, & summam de librorum ipsius
 præstantia opinionem; Orientales, ita
 animo esse comparatos, ut prius vivos
 comburi se paterentur, quam Theodo-
 rum damnent. Tum hac super re S. Cy-
 rillus scripsit ad Proclum: *Maximæ pro-
 fecto molis fuit, omnium animos per uni-
 versam*

Sæculum V. *versam Ecclesiam adducere, ut Nestor
 A. C. 437. errores damnarent; id factum fuisse,
 dieque quidam Orientales vehementissimè
 dolent; ægerrime enim dolores animi
 nari solent; interim tamen pacata sunt
 omnia; quis ergo extinctum ignem resuscitat?
 non ignoro in Scriptis Theodori
 plures legi errores, sed vereor, ne hoc pro
 textu iterum Nestorii Hæresis propugnetur.
 Illud vero te scire expedit, Patribus in
 Concilio Ephesino oblatam fuisse fidei
 expositionem, quam Theodori esse dicebant,
 pessimi tenoris; hanc Synodus damnavit,
 ipsius autem nulla facta est mentio, &
 nominatim non fuit anathematizatus. Id
 vero tunc facere magnæ prudentiæ fuit,
 ne aliqui, fama viri permoti, ab Ecclesia
 discederent. Eadem industria nobis
 hodie opus est. Cum error Nestorii
 rejicimus, satis errores cæterorum, his
 similes, damnamus.*

Fac. I. III. c. 3. to. 5. Conc. p. 487. Post hæc vero Diaconus, cui nomen
 Basilii, accepto Procli Tomo, Armenorum
 Libellis, & quibusdam scriptis aliis quæ
 his adjunxit, Alexandriam venit, & omnia
 S. Cyrillo tradidit. Is videns, esse se,
 qui sua dissimulatione abuterentur, &
 Theodori Mopsuesteni errores defenderent,
 credit, officii sui esse, ut contra eum
 scriberet, & aperte ut Hæreticum haberet.
 Diaconus Basilii, ubi Constantinopolim
 rediit, Notas composuit

fuit, quas Proclo obtulit, jungens ea omnia, Sæculum V.
A. C. 437.
 quæ S. Cyrillo tradiderat, & videns, quod Facund. lib.
III. p. 136.
 Proclus Tomum suum ad Armenos jam
 misisset, librum exiguum concinnavit, in
 quo affirmabat, libros Theodori, eodem
 modo, ac libros Arii, & Eunomii rejicien-
 dos. Oblata hac occasione, non nulli
 Monachi ex Armenia Constantinopolim
 venerunt, & attulerunt articulos; eosque
 se ex Libris Theodori Mopsuesteni, alio-
 rumque Patrum, qui illa ætate contra
 Apollinarem scripserant, excerptisse dice-
 bant. De his cum multis hominibus
 collocuti, animos commovebant in Civi-
 tate Constantinopolitana, & mandatum
 Imperatoris, quo articuli isti anathemate
 percuti juberentur, impetrare satagebant.
 Exinde urbes, & Monasteria in Oriente
 circumcursabant, & clamitabant, hos ar-
 ticulos unacum suis Auctoribus esse dam-
 nandos, quia eorum sensus a Nestorii
 hæresi nihil abhorreret. Hi, cum viro-
 rum potentium Patrocinium invenissent,
 Clericos, populumque minis terrebant,
 & Monachorum quietem perturbabant.

§. XXXVIII.

*Concilium Antiochenum Theodoro
favens.*

Cum hæc ita essent, Concilium ex om-
 nibus Orientis Provinciis Antiochiæ Col. Baluz.
p. 943.
 cum Joanne congregatum, tres epistolas
 Synodales, ad Imperatorem unam, ad
Hist. Eccles. Tom. VI. X Pro-

Sæculum V. Proclum alteram, tertiamque ad S. C
A.C. 437. rillum dedit. In epistola ad S. Cy

Facund.

VIII. c. 4.

lum dicunt, sibi Tomum Procli ad
menos probari; *At vero, subjungunt
cui bono scriptus sit? cum omnes, Deo
Gratiæ! idem sentiant. Nam quando
quod necessarium videbatur, turbas
si opportune non fiat. Alius quoque Tomus
ad nos delatus est, in quo collecta sunt
Theodoro, olim Episcopo Mopsuesteno, quæ
dam excerpta; hæc aliqui anathematizari
cupiebant. Fatemur, in his Excerptis
textus occurrere, ambigui sensus, & qui
alio, quam scripti sunt, accipi possunt, ut
econtra claritas non deest. Quod attinet
ad illos textus, qui dubium faciunt, si
les iis invenimus in Scriptoribus antiquis
quorum famæ istorum condemnatio noceret.
Quanta autem Doctrinæ confusio
oriatur, si ea, quæ Patres, in Domino quiescentes,
dixerunt, oppugnare liceat? aliquid
enim est, aliquas eorum opiniones non probare,
aliud, & multo pejus, easdem anathematizare,
etiamsi anathema ad ipsas Personas non
extenderetur. Nonne ipsi Nestorianis
palmas in manibus damus, si cum
ipsis Sanctissimos Episcopos condemnamus,
an non omnibus notum, quæ causa Theodorum,
ut ita loqueretur, permoverit, ut
Hæreticos oppugnaret, quorum perfidiam
ipse communis in toto Oriente Defensor
Fidei fortissime calamum suum objiciebat*

In exordio Epistolæ ad Proclum, To-
 mum ejus, ad Armenos datum, probant,
 laudantque; Tum Orientales querelas
 movent, quod aliqui Ecclesiam turbent,
 ex Patria discedant, & Constantinopolim
 se conferant, ut proprios suos Episcopos
 calumnientur. Et subjungunt: *Nec satis
 est ipsis, nos, qui hac luce fruimur, crimi-
 nari; etiam Beati Theodori manibus bel-
 lum inferunt, quis autem viri Gloriam
 nescit, qui per annos quadraginta quinque
 docuit, qui in omnes Hæreses pugnavit, in
 cuius tota vita nunquam inventum, quod
 viri Catholici reprehenderent, cuius Do-
 ctrina ab Imperatoribus, Episcopis, popu-
 lisque recepta est?* Et inferius: *In anti-
 quorum Ecclesiæ Doctorum libris inveni-
 mus plurima, similia iis, quæ ex libris
 Theodori nequiter excerpta, & ad te de-
 lata sunt.* Citant S. Ignatium Martyrem,
 Sanctum Eustathium Antiochenum, S.
 Athanasium, S. Basilium, ambos SS. Gre-
 gorios, Naziazenum, & Nyssenum, Fla-
 vianum, Diodorum, S. Joannem Chryso-
 stomum, S. Ambrosium, S. Amphilo-
 chum, Atticum, & concludunt epistolam in hunc
 modum: *Ergo nostrum non est, illos ju-
 dicare, qui in honore ex hac vita migra-
 runt, sed illius, qui vivos, & mortuos ju-
 dicat.* In epistola ad Imperatorem eadem
 ferme dicuntur; nempe inseruntur lau-
 des Theodori Mopsuesteni, quem non so-
 lum

Sæculum V.
 A.C. 437.

Concilium
 Antioche-
 num.

Sæculum V. lum Episcopi maximi fecissent, sed etiam
 A.C. 437. ajunt: *Avus tuus, Imperator Theodosius*

*qui virum videre, prædicantem audire
 colloqui voluit, quem denique maximus Imperator admiratus est. Adduntque: Theodorus Flaviani, Episcopi Antiocheni
 Discipulus, & socius Joannis Constantinopolitani, cujus memoriam ad Regni Theodosii*

Sup. XXIV *Gloriam resuscitasti! Id nempe Nestorius initio sui Pontificatus fecerat.*

S. 54.

S. Cyrillus ad Joannem, & Concilium Antiochenum responsoriam dedit, Theodosium Procli ad Armenos laudans, verum inquit: *opiniones infames Diodori, Theodori, & quorundam aliorum, qui Jesu Christi Gloriam dire prosciderunt, nempe*

Conc. Eph. *obsecro! Sanctis Patribus Athanasio, Iuliano, Iulio, Gregorio, Theophilo, aliisque tribuimus, ne Fidelibus scandalum ponat! inquit, nos*

3. p. c. 44.

p. 1021.

habemus, ut quisque de suis rebus tantum sollicitus, nolit novas in Ecclesiis turbas excitare, postquam veteres Jesu Christi Gratia, & omnium Episcoporum concordantia nuperrime composita sunt. Quibus Nestorius renuntiarunt, recipitur, nec iis præterita exprobreantur, sed alii, se conversuri, absterveantur. Clericos vestros monete, ne in Ecclesiis quidquam proferant, quod fidei consentaneum non sit, & de his, de quibus hodie disputatur, si

Necessitas exigat, omnino non loquantur.

p. 1210.

Si quis ex Clericis, aut Monachis accusatus

quod in Hæresin Nestorii relapsus sit, postquam Communionem Ecclesiæ fuisset amplexus, consultius duco, si eos in Ecclesia judicetis, quam ut feratis, causam ad Tribunalia sæcularia deferri.

Sæculum V.
A.C. 437.

Proclus Joanni, & Concilio Antiocheno respondit; in mentem sibi non venisse, anathematizandum esse Theodorum, aut quemcunque ex Defunctis alium, nec id se Diacono suo Theodoro in mandatis dedisse. Imperator quoque Joanni, & Concilio ejus respondit, hortatus, ut pacem conservent, nec hominibus, eam turbare adnitentibus, aures præberent; Regulæ, a tota Ecclesia probatæ, inhæreant; nihil attentandum adversus memoriam eorum, qui in ejus Communionem decessissent.

Facund.
VIII. c. 2.
p. 5. p. 345.

§. XXXIX.

Jurisdictionis Papæ in Illyricum.

Interim Sixtus Papa usum Jurisdictionis suæ in Illyricum non omittebat; quod ex tribus epistolis, ad duo Concilia Illyrico, & ad Proclum datis, perspicitur. Prima scripta est octavo Idus Julii, Theodosio decimo quinto, & Valentiniano quarto, id est octava Julii, an. 437. dirigitur ad Concilium, quod Theffalonicam congregandum erat; In ea Papa Episcopos hortatur, ut magis leges Ecclesiasticas, quam Principum, observarent. Haud

to. 4. Conc.
p. 1711.
Conc. Rom.
III. n. 15.

Sæculum V. dubie loquitur de Lege Theodosii, A. C. 437. Julii, anno 421. lata, cujus abrogatione

Sup. XXIV

c. 31.

Bonifacius Papa obtinuerat. Anastasius Episcopo Thessalonicensi eandem tribuit Auctoritatem, quam superioris ætatis Papæ Antecessoribus ejus dederant; nempe quilibet Metropolita in sua Provincia ordinaret, sed requisito Episcopi Thessalonicensis consensu; nemo ipso ordinatione illius ignaro, ordinetur; ipse ad Episcopatum vocatos examinet; majores causæ ad ipsum referantur. Ipse ex Episcopis eligat, qui secum judicent, aut deleget, qui sine ipso sententiam ferant. Episcopus Corinthi singillatim monetur, ne subjectione solum se putet. Dicit etiam Papa, se cætera mandasse iis, quos, huic Concilio interfuturos mittit.

Secunda epistola, & illa etiam de quâdam Illyricorum Synodum directam, cujus Presbyter Artemius Lator fuit, decimo quinto Kalendas Jan. Aetio, & Sigisvultio Consulibus, id est, decima octava Dec. anno 437. data est. In ea legimus; omnia singulorum Episcoporum in Illyrico acta ad Episcopum Thessalonicensem referri debere, ipsum, ubi opus esset, judicaverit, Synodum convocaturum, & postquam ipse retulerit, Sedem Apostolicam, quæ acta fuerint, sua Auctoritate confirmaturam. Subjungit Papa: credatis, vos ad ea obligari, quæ Concilio

lium Orientis contra nostram voluit de- Sæculum V.
A. C. 437.
cernere voluntatem. Loquitur de ter- Sup. XVIII
§. 7.
tio Canone Concilii Constantinopolitani
anno 381. acti, ubi locus secundus Epis-
copo Constantinopolitano designatur.
Anastasium Sedis Apostolicæ Vicarium
pronuntiat, sicut Rufus Antecessor ejus
fuerat, atque ad fovendam pacem, &
concordiam hortatur. Epistola tertia
eadem die, decima octava Dec. an. 437. n. 16.
ad Proclum scripta est, qua excitatur, ut
jura Episcopi Thessalonicensis salva velit,
& nullum Episcopum, ei subjectum, nisi
litteras formatas ab ipso afferret, reci-
peret, quod ab ipso Papa observabatur.
Ex hac epistola perspicitur, Papam Procli
amicitiam maximi æstimasse, & plurimam
in eo posuisse fiduciam. Memorat etiam vid. Not.
Holstein.
Papa, quod haud ita pridem pronuntiatam
ab ipso sententiam in causa Idduæ confir-
marit. (*) Is Episcopus Smirnensis fuisse
creditur, qui Concilio Ephesino adfuerat;
cumque in eum Proclus tulisset senten-
tiam, ad Papam appellasse. Nam Episco-
pi Asiæ Episcopi Constantinopolitani juris-
dictioni reluctanti animo subjiciebantur.

X 4

§. XL.

(*) Ex his non modo Communio Episcopi
Constantinopolitani cum Ecclesia Romana, sed
etiam subjectio, clarissime demonstratur.

Sæculum V.
A. C. 438.

§. XL.

*Translatio Reliquiarum S. Joannis
Chrysofomi.*

Anno sequente incunte, Proclus Constantinopolim revehi jussit Reliquias S. Joannis Chrysofomi, cujus memoriam honor ante annos novem, nempe ante *ap. Baron. 428. fuerat restitutus. Cum Proclus p. an. 438. init.* more, die Joanni festo, 26. Sept. Paganum diceret, exclamavit populus, Episcopum Joannem sibi reddi petunt. Proclo quoque visum, planissimam habuisse esse viam, qua Ecclesiæ tandem unirentur, qui occasione schismatis, in causa S. Joannis Chrysofomi orti, adhuc dum conventus separatos agebant. Ergo hac occasione per re Imperatori collocutus, persuasit ut Sancti Episcopi corpus, quod Comana in Ponto sepultum fuerat, revehi juberet. *Sup. XXII.* Revectum est; obviam processit populus mare Bosphorum totum navibus stratum videbatur, & illustratum facibus, quod tunc contigerat, cum primo ab exilio revocaretur. Imperator arcem, qua inclusæ erant Reliquiæ, oculos, vultumque applicuit veniam rogans nomine Patris, & Matris qui sanctum offenderant, nescientes, quid facerent. Ipsæ Reliquiæ publice inter maximi honoris signa Constantinopolim translatae, & in Ecclesiam SS. Apostolorum depositæ. Hoc facto, omnes, qui

S. Joan

Socr. VI. c. 45. Marcell. Chron. hoc an.

Sup. XXII. §. 13. Theod. V. hist. I. 36. Sup. XXI. §. 22.

S. Joannis Chrysofomi causa separati fuerant, ad Communionem regressi sunt. Sæculum V.
A. C. 438.

Translatio ista contigit elapsis annis triginta quinque post ejus primam Depositionem 27ma die Januarii, Theodosio decimo sexto Consule, nempe anno 438. atque hæc ipsa dies est, qua Ecclesia latina S. Joannis Chrysofomi memoriam colit. Eodem anno 438. 15. Febr. Codex Theodosianus, seu Constitutionum Imperatorum Christianorum Collectio, promulgatus est, jubente Theodosio juniore compositus; cujus liber ultimus non alias leges, quam quæ Religionem tangunt, continet.

*Theod. 1ed.
in fin.*

§. XLI.

Translationes alicæ.

Sub ejusdem Procli Pontificatu, Constantinopoli Reliquiæ quadraginta Martyrum, qui sub Licinio Sebaſte in Armenia passi fuerant, inventæ. Sanctæ Pulcheriæ S. Thyrsus Martyr trina apparitione revelavit locum, & præcepit, ut has Reliquias sub terra defossas transferret; ipsi quadraginta Martyres, candidis palliis vestiti, conspicuos se dederunt. Re ipsa eorum Reliquiæ sub Ambone, seu Pulpito in Ecclesia S. Thyrsi detectæ. Marmorea tabula feretrum tegebat, sed visebatur exiguum foramen, quod loco respondebat, quo Reliquiæ in duobus ar-

*Sozom. IX.
c. 2. Sup. X.
S. 22.*

Seculum V.
A.C. 438.

genteis vasis, sparsæ plurimis odoramen-
tis jacebant. Foramen istud demittere
dis linteolis, quæ Reliquias attingeret
ferviebat. S. Pulcheria, Imperatrix, qui
draginta Martyrum Lypsana in Theo-
pretiosissima prope Sanctum Thyrsum de-
poni curavit; Hæc Translatio solemniter
publico Festo indicto, peracta, ut Sozo-
menus Historiæ Scriptor, qui præsens ab-
fuit, enarrat. Imperator Theodosius, ut

Socr. VII. Gratias pro tot acceptis beneficiis Deo
c. 47. redderet, & vota, quæ diu ante conceperat,
solveret, Imperatricem Eudociam
Conjugem suam, Jerosolymam dimisit,
quoniam & ipsa hoc voto se obstrinxerat,
si, Deo concedente filiam suam honesto
Matrimonio collocatam vidisset. Jam

Id. c. 44. C. r. vero Eudocia, filia ejus, Valentini-
Prosp. eod. Imperatori, qui nuptiarum causa 21
Chr. Mar- Octobr. 437. Aetio, & Sigisyultio, Con-
cell. eod. Chr. sulibus, Constantinopolim advenit, in
Pasch. eod. Matrimonium data fuerat; ergo anno
Eva. r. II. c. 20. 21. 22. sequente 438. Eudocia Mater, hac profes-
sione suscepta, eximia dona Civitati Je-
rosolymitanæ, & Orientis totius Ecclesiis
tam cum illuc iret, quam cum revertere-
tur, Imperatoria liberalitate distribuit.

In Palæstina Monasteria, & Lauras extru-
xit, collabentes urbis Jerosolymæ muros
restauravit, unde Theodosio cum Festo
decimo septimo Consule, nempe anno
Chr. Marcel. 439. rediit, Constantinopolim afferens S.

Stepha

Stephani Reliquias, quæ in Ecclesia S. Laurentii, penes hujus Sancti, & Sanctæ Agnetis, Reliquias posuit.

Eodem an. 439. ultima Januarii, promulgari jussit legem contra Judæos, & Samaritanos, qua ullum munus publicum, etiam custodis carcerum, obire prohibentur; eadem lex vetat, ne novas Synagogas ædificent, aut quemquam Christianorum pervertant. Rursus hac lege Paganis, sancita pœna capitis, interdicitur, sacrificia offerre. Omnia etiam mandata pœnalia, contra Manichæos, aliosque veteres Hæreticos, edita, renovantur.

§. XLII.

Vandali Carthaginem capiunt.

Ea adhuc dum tempestate Romanorum Exercitibus Gentiles præficiantur. Littorius, Dux Hunnorum in Gallia, (erant hi Romanorum auxiliares copiae) cum promissis Aruspicum, & Dæmonum oraculis deceptus, fidem adhibuisset, a Gothis, insigni clade accepta, victus est; dum e contra Rex Gothorum Victor, posita in Deum fiducia, priusquam prælium iniret, in cilicio prostratus, Cœlestem opem efflagitasset. Hanc victoriam Gothi anno 439. reportarunt. In Africa Cyrus, adhuc Gentilis, officio Magistri Militiæ fungebatur; is Imperatricis Eudociæ Gratiâ sibi conciliaverat, quod

versus

Sæculum V.
A. C. 439.*Theod. Lect.*
*in fin.**Prosp. Chr.*
Salu Lib. 7.
*p. 164. 165.**Evagr. I. c.*
19. Suid.
Cyr. Niceph.
Lib. XIV.
c. 46.

Sæculum V. versus non inelegantes componeret. Anno
 A.C. 439. no 441. Consul, Præfectus Prætorii,

que urbis Constantinopolitanæ, & Patricius fuit; at vero, Eudocia Jerofolyman profecta, malis inimicorum artibus dejectus, Gratia excidit; ille adversa fortuna in salutem suam usus, Christianis Sacramenta se addixit, & Episcopus etiam creatus est. Illo tempore, quo ipse in Africa militibus imperabat, Carthago in Vandalorum potestatem incidit. Cum his Romanis, Theodosio decimo quinto, & Valentiniano decimo quarto Consulibus, pactum est, anno 435. pacem inierant, & Africa partem, in qua habitarent, cesserant.

Prosp. Chr. ibid.

Idem.

Verum elapsis duobus annis, nempe anno 437. Vandalorum Rex Gensericus Arianorum pestem in suas terras inducere, Religionis Catholicæ exitio, aggressus est. Præprimis Episcopos persequabatur, quos inter Possidius, Novatus, & Severianus fama eminebant; eos, quod minitationibus suis constantia invicta resistere, non solum Ecclesiis, sed etiam urbibus ejecit. Viros quoque quatuor natione Hispanos, pervertere conabatur; hi magnis apud Regem honoribus fruebantur, utpote quos præstantissima indoles, & notissima fides charissimos fecerat; horum nomina erant Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychanus; cum Arianum dogma amplecti juberentur, & constantissime

tissime recusarent, Gensericus, mandata sua sperni feriose indignatus, omnes pro- scripsit, misitque in exilium, crudelissimis deinde tormentis affectos, diverso mortis genere sustulit, atque gloriosos Christi Pugiles corona Martyrii decoravit. Eutychianus, & Paschasius fratrem habebant juniorem Paulillum nomine, & ipsum forma corporis, & ingenio Regi gratissimum; hunc etiam cum nullæ minæ a Religione Catholica possent avertere, diu fustibus cæsum, ad abjectissimam servitutem damnavit, credebaturque Gensericus eidem vitam ideo noluisse eripere, ne constantia pueri victus videretur.

Multi, durante hac persecutione, pro Catholicis calamum strinxere. Habemus epistolam ab Antonino Honorato, Constantinæ Episcopo, ad Arcadium, illorum quatuor Martyrum unum, datam, qua solatur exulem, hortaturque ne, ærumnis fractus, animo cadat; divitias contemnat, ne obtinendæ Regis amicitia cupiditati cedat, nec animum uxoris amore emolliri patiatur. Victor, Episcopus Cartennensis in Mauritania contra Arianos magnum volumen conscripsit, quod ipsi Genserico offerri curavit. Extat fidei compendium contra Arianos, illa ætate, ignoto Auctore, concinnatum. Rursusque explicatio textuum de Trinitate contra Varimadium, Diaconum Arianum, cujus

Sæculum V.
A. C. 439.

Prosop. ibid.

Genn. descr. ap. Bar. an. 437. Apud Ruin. hist. pers. p. 433.

Scriptores.

Genn. c. 77. edi a Sirm. a 1630.

Ap. Vigif. Thaps. p. 357.

Sæculum V. cujus Auctor Neapoli agebat. Cereali
 A. C. 439. Episcopus Castellæ in Mauritania, Vocatus
 Gennad. cap. nius, Episcopus Castellanæ ejusdem Pro-
 93. Id. c. 78. vincianæ, & alius Episcopus Africae, cu-
 Id. c. 72. nomen Asclepius, stilum in Arianos acce-
 runt.

Genfericus, captata occasione, dum
 Romani alibi, & Imperii fulcrum, Aetius
 in Gallia occuparetur, in ipsa pacis quiete,
 quo minus ab ejus perfidia caveri possent,
 in urbem Carthaginem cum militibus
 irrupit, decimo quarto Kalendas Novembres
 Theodosio decimo septimo Consule, id est,
 19. Octobr. anno 439. opes Civitatis,
 quas potuit, rapuit, atque, ubi laterent,
 indicium e civibus tormentis expressit.
 Ecclesias spoliavit, atque expulsis Pres-
 byteris, ablatisque sacris vasis, suorum
 hospitia esse jussit. Dure omnem popu-
 lum habuit, multo magis vero nobilium
 familiis, & viris Ecclesiasticis infensus.
 Cum consilium esset, Arianam Haeresim
 tota Africa dilatate, Episcopos suis Eccle-
 siis ejecit, multosque Martyrio affecit.

Isidor. Hist.
 Vand. Cæra.
 467.

§. XLIII.

Salviani opera.

Salvianus, Presbyter Massiliensis, illius
 ævi Scriptor, hanc urbem Carthaginen-
 sis captivitatem clarissimis Vindictæ Di-
 vinxæ exemplis accenset; quippe vastissi-
 mæ Civitatis populus nulli non vitiorum

Salv. de Gu-
 bern. lib. 7.
 p. 173. Edit.
 Baluz. 1663.

gener.

generi immergebatur. Carthaginenses Saculum V.
 a sana mente remoti videri poterant; A.C. 439.
 quocunque aspiceretur, occurrebant tem-
 mulenti, coronati floribus, & odoribus
 madentes. In omnibus plateis plurimæ
 domus lasciviæ destinatæ; ubique structæ
 pudori juventutis insidiæ. Adulteriis
 nihil frequentius, & impudicitia abomi-
 nationibus; nullus impudentia modus.
 Visebantur viri, fuce muliebriter illiti,
 faminarum vestes induti, urbis compita
 perambulare. Oppressi gemebant or-
 phani, & viduæ. Vexati pauperes, &
 in ultimam desperationem adacti, Deum
 orabant, ut urbem Barbaris traderet, in
 qua Blasphemia & impietas regnaret.
 Multi in speciem Christiani, intus Gen- *Idem l. 8.*
 tiles erant, Deam Cœlestem adorabant, *p. 190.*
 eidem se ipsos devovebant, & Sacrificiis
 Idolorum peractis, incesti, Ecclesiæ, at-
 que Sacro Altari appropinquare audebant.
 Proceres potissimum, & fortuna cœteris *Idem l. 8.*
 potentiores, nefandis his flagitiis inqui- *p. 193. &c.*
 nabantur. Populus Monachos omnes,
 quantumvis Sanctos, aversabatur, & con-
 temptu summo prosequabatur. In om-
 nibus Africa civitatibus, præsertim vero
 Carthagine, si quem vultu pallidum, capil-
 lis ad cutem usque rasis, monachali pallio
 tectum, obvium haberent, conviciis, &
 maledictis insectabantur. Si quis ex Ægy-
 Co, aut Jerosolyma Carthaginem piorum
 operum

Sæculum V.
A.C. 439.

Lib. 7. p. 181.

&c.

operum causa venisset, ubi prodibatur publicum, effusissimo risu petulantium hominum excipiebatur, exhibebatur, & probriis mactabatur. Postquam Vandalorum regni habenas cepserunt, cessarunt scandala; omnes fæminas, publicæ lasciviæ servientes; ad matrimonium compulerunt, nam nefandam impudicitiam cui Romani adsueverant, non Vandalis modo, sed & Gothi horrebant.

n. 160.

Liber, in quo Salvianus ista enarrat ad Episcopum Salonium, Discipulum suum, S. Eucherii filium, directus est causa scribendi fuit, Divinam Providentiam defendere, & tollere scandalum quo multi lædebantur, quod, collabente

Lib. 3. p. 34.

Lib. 4. p. 84.

Romano Imperio, Christiani affligerentur, dum Res Barbarorum, Gentilium & Hæreticorum florent. Hinc de Romanorum vitiis sibi differendum putavit, ut ostenderet, quantæ essent,

p. 59. lib. 4.

p. 87. lib. 5.

p. 108.

quam funestæ Idololatriæ reliquiæ; plebrosque non nisi nomine Christianos, vitam Barbarorum moribus deteriorem vivere, quorum vitia singillatim annotat. Saxones, inquit: feroces sunt; Franci, & Gothi perfidi; Gepidæ inhumani, Hunnis, & Alanis pudicitia requiritur. Rursus in Francis hospitalitatem, in Gothis, Vandalis, & Saxonibus amorem constantitatis laudat. In nullam vero rem ma-

p. 897.

Lib. 7. p. 172.

gis, quam in Spectaculorum impudentiam

tiam, & Spectatorum libidinem declamat, Sæculum V. A.C. 439.
 quam bellici horrores, & calamitates Rei-
 publicæ non compeferent. Increpat in-
 iustitiam Potentum, & Divitum, ita pau-
 peres opprimentium, ut devoto Roma-
 norum Regno, Barbarorum Dominatio-
 nem suspirarent; Aliud quoque opus Sal-
 vianus scripsit, in quatuor libros divisum,
 ad Ecclesiam Catholicam directum, in
 quo, assumpto Timothei nomine, Chri-
 stianorum avaritiam objurgat. In libro
 tertio queritur, nihil a Parentibus relin-
 qui illis liberis, qui se Deo consecrassent,
 eosque hoc modo voluntariæ paupertatis
 merito privari. Alia præterea opera,
 quæ nos desideramus, scripserat, tanta-
 que erat de ejus scientia opinio, ut eum
 Gennadius, illius ævi Scriptor, Episcopo-
 rum Magistrum appellaverit.

A.C. 439.

lib. 7. p. 157.

l. 6. p. 124. etc.

lib. 7. p. 153.

l. 3. p. 70. etc.

p. 275. etc.

in Catal.
c. 6.

§. XLIV.

Concilium Rejenfe.

Anno isto 439. Concilium in Provincia
 Rejis actum, nata hac occasione; A. 439.
 Cum Episcopus Embrodunensis vita ex-
 cessisset, Sedes viginti mensibus vacavit;
 nam non nulli Laici Electionem, quam
 unice Clerici cupiebant, sufflaminabant.
 Tandem duo Episcopi illuc sponte sua
 advenere, qui, etiamsi Auctoritate Me-
 tropolitæ non essent muniti, nec litteras
 Confratrum suorum ejusdem Provinciæ
 Hist. Eccles. Tom. VI. Y habe-

Sæculum V. haberent, hominem, Juvenem, cui nomen
A.C. 439. Armentarius, pro illa Cathedra ordinari
 runt, qui equidem in timore Domini educatus, sed Episcopatus honore pellicam
 passus est. Is postea quosdam Clericos etiam excommunicatos, ordinavit. Qui
 igitur aperte contra Canones fuerat promotus, Episcopi vicini Rejis, tertio Ka-
 lendas Dec. Theodosio decimo septimo Consule, id est, 29. Nov. anno 439. con-
 gregati sunt. S. Hilarius Arelatensis huius Synodo præfuit, cui undecim Episcopi
 alii aderant; aliqui ex illa Provincia Viennensis parte, quæ Arelatensi proxi-
 ma erat, alii ex secunda Provincia Narbonensi, alii ex Provincia Alpium maritimarum,
 cujus præcipua Civitas erat Embrodunum, sed necdum in Metropoli Ecclesiasticam erecta. Inter hos
 Episcopos Auspicius Vasionensis, Valerianus Cemelenus, & Maximus Rejenis
 cæteris magis noti sunt. Præter duodecim Episcopos quidam Presbyter, cui
 nomen Vincentius, adfuit, qui loco Constantini, Episcopi Vapincensis absentis
 subscripsit.

Hoc Concilium ordinationem Armentarii nullam declaravit, (*) iussitque, ut
 alia Electio, & Canonica fieret. Duorum Episcoporum, qui istud attentaverant

*Can. 2. c. 1.
 Conc. Taur.
 c. 3. to. 2.*

(*) Id est, illicitam.

rant, audacia hoc modo punita; prohibi-
 tum ipsis juxta Decretum Concilii Tau-
 rinensis, ne, quamdiu viverent, cuiquam
 Ordinationi, aut Concilio ordinario in-
 teressent. Armentarius indulgenter ha-
 bitus; permisit Concilium, ut aliquis
 Episcoporum, cui id Charitas suggereret,
 eidem aliquam suæ Diœcesis Ecclesiam
 concederet, in qua Chorepiscopi nomen
 haberet, aut tantum Communionem Ho-
 spitibus dari solitam; quod intelligen-
 dum nisi ea Ecclesia ipsi in Titulum con-
 ferretur. Dicit Concilium Rejense, quod
 in hoc puncto sequatur Concilium Nicæ-
 num; id enim paria de quibusdam schis-
 maticis statuit. Nempe octavo canone
 de Novatianis. Hanc vero Gratiam, Ar-
 mentario factam, Concilium Rejense mul-
 tis modis restringit. Nam is in Provin-
 cia Alpium maritimarum, quod in hanc
 se intrusisset, nunquam recipietur. Ec-
 clesia ipsi ruralis, non autem in aliqua
 civitate concedatur. Nunquam in ur-
 bibus Sacrificium offerre, nequidem ab-
 sentibus Episcopis, licebit. In sua Eccle-
 sia neminem, nec etiam minores Cleri-
 cos, ordinare poterit. Nullam aliam
 functionem Episcopalem implere licebit,
 quam Neophytos confirmare, ante Pres-
 byteros offerre, Virgines consecrare, &
 populo in Ecclesia benedicere. Unius
 tantum Ecclesiæ Regimen habeat, Non
 liceat

Sæculum V.

A.C. 439.

Conc. p. 1156

Conc. Reg.

can. 3.

Sup. l. XI.

§. 22.

Sæculum V. liceat ad aliam transire, nisi priorem
A. C. 439. miserit. Nempe verius titulus Chorep-
c. 5. copi, quam potestas ei tribuitur, & supra
 Presbyterum quidem, sed & infra Episcopum
c. 4. copum esse jubetur. Quod pertinet
 ad Clericos, ab ipso ordinatos; qui ante
 ordinationem excommunicati erant, deponuntur;
 qui bonis moribus sunt, hoc Episcopus Embro-
 dunensis, si voluerit, in sua Ecclesia retinere,
 aut ad Armentarium mittere poterit.

His Concilium quosdam Canones
 generales subjungit. Presbyter in familiaribus
c. 5. liis, ruri, in domibus privatis, non autem
 in Ecclesia Benedictionem impertiri poterit.
 In Oriente etiam publice benedicebant. Si Episcopus
 defunctus fuerit, nemo Ecclesiam vacantem, nisi
Sirm. hic Episcopus vicinus ad ducendas exequias adibit. Vicinorum
c. 6. munere fungetur, & illo temporis intervallo,
 nempe usque ad septimum obitus diem, Bonorum
 Ecclesie laudicem conscribet; tum domum redibit,
 & sicut cæteri Episcopi mandata Metropolitanæ
 expectabit, sine quo nemo ad Ecclesiam vacantem
 veniat, ne cogi se a populo simulet. Duo
 Concilia per annos singulos celebrabuntur, si
Nic. can. 8. pacata sint tempora. Id subjungit Concilium
 propter bella, & calamitates publicas, quæ
 sæpe Conciliorum celebrationem prohibebant.

§. XLV.

Sæculum V.
A. C. 440.*S. Sixti obitus. S. Leo Papa.*

Julianus Eclanensis, inter Pelagianos notissimus, cum se de Sede sua dejectum impatientissime ferret, nullum non lapidem movebat, ut ad Communionem Ecclesiæ denuo admitteretur; conversum se simulabat, idque variis artibus S. Sixto Papæ persuadere conabatur. At Papa, S. Leonis Archidiaconi sui, consiliis utens, versipellem sôlerter rejecit, quod omnibus Catholicis magnam lætitiæ causam præbuit. Haud diu postea S. Sixtus ad æterna abiit, quinto Kalendas Aprilis, Valentiniano quinto, & Anatolio Consulibus, nempe 28. Martii, anno 440. cum annos propemodum octo in Pontificatu exegisset. Celebravit ordinationes Romæ, Mensæ Decembri, quibus Presbyteros viginti octo, Diaconos duodecim, & in diversis locis quinquaginta duos Episcopos ordinavit.

*Prosp. Chro.
an. 439.**Lup. n. 15.
Lib. Pontif.*

Basilicam Sanctæ Mariæ ab antiquis Liberii dictam, restauravit, & Altare argenteum, trecentarum librarum pondus habent, obtulit; intelligo mensam sacram. Plura alia vasa argentea dedit, mille centum sexaginta quinque librarum. Unum vos aureum librarum quinquaginta, rursus viginti quatuor candelabra ex cupro, quindecim librarum singula. Eidem Ecclesiæ

Y 3

clesiæ

Sæculum V. clesiae prædia, domosque donavit, quæ
A.C. 440. per annum septingentos viginti novem
 asses aureos redderent. Baptisterio Sanctæ
 Mariæ omnia vasa necessaria ex argento præstitit, & inter alia affundendæ aquæ
 Cervum, triginta librarum. Ad Confessionem (nempe Monumentum S. Petri) ornamenta ex argento apposuit, librarum quadringentas habentia. Confessionem S. Laurentii quoque columnis ex Porphyrite, & argenteis ornavit; præterea S. Laurentio obtulit altare librarum quinquaginta, cancellos trecentarum librarum, & supra hos Absidem, seu fornicium turrim, cui S. Laurentii statua insisteret, ducentarum librarum. Totam hujus Sancti Basilicam construxit; vasorum argenteorum magnum numerum, & unum vas aureum, unionibus decem librarum ornatum, donavit. Omnes divitiæ, quas S. Sixtus Papa in has duas Ecclesias contulit, quarum pondus exprimitur, duo millia, sexcentas uncias, si libris Romanis conferantur, conficiunt, & plusquam tribus selibrarum millibus æquivalent.

Imperator quoque Valentinianus, a Papa monitus, supra Confessionem S. Petri Simulacrum aureum, duodecim portas, duodecim Apostolos, & Salvatorem referens, totum gemmis ingentis pretii ornatum obtulit. In Basilica Lateranensi Imperator frontale argenteum, quingentarum

tarum, & undecim librarum, loco illius, ^{Sæculum V.}
 quod Barbari diripuerant, posuit. ^{A. C. 440.} Mo-
 numentum S. Pauli auro purissimo ducen-
 tarum librarum condecoravit. S. Sixtus
 Papa etiam Baptisterium Lateranense Co-
 lumnis Porphyreticis ornavit, quas ibi
 præter Epistylum ex marmore posuit,
 insculptis versibus, qui Baptismi virtu-
 tem, & fidem Catholicam de peccato
 originali adversus Pelagianos exprime-
 bant. S. Sixtus prope corpus S. Laurentii ^{Ap. Bar.}
 in via Tiburtina sepultus est. ^{an. 440.}

S. Leo, Ecclesiæ Romanæ Archidiacono ^{S. Leo.}
 in S. Sixti Successorem electus est.
 Absens erat, quippe eum in Galliam mi-
 serant, ut Aetio, & Albino, qui Exerciti-
 bus Romanorum summa potestate præe-
 rant, reconciliandis adlaboraret. Publi-
 ca ad eum decreta legatio. Dumque ^{Lib. Pontif.}
 ejus adventus expectatur, mirum, quod
 Ecclesiæ Romanæ, Pastore destitutæ, pax,
 & quies nullatenus turbata fuerit. Leo
 originem trahebat ex Tuscia, Quintia-
 ni filius, & verosimiliter Romæ natus;
 hanc enim urbem semper Patriam suam
 dixit. Is ipse fuisse creditur, qui adhuc ^{Sup. XXIII}
 dum Acolythus, in Africam anno 418. ^{§. 50.}
 missus, ad Episcopum Aurelium S. Sixti,
 tunc Presbyteri, & postmodum Pontificis,
 epistolam detulit; certe inter Sixti fami-
 liares semper fuit. Cum esset Diaconus,
 S. Coelestinus Papa ejus opera utilissime
 Y 4 usus

Sæculum V. usus est. Ipse quoque est, qui Cassianum
 A. C. 440. ut adversus Nestorium scriberet, impulit

§. XLVI.

*Joannis obitus. Domnus Episcopus
 Antiochenus.*

Chronol. Ni- Eodem anno 440. ad Patres suos colle
ceph. Sup. ctus est Joannes Episcopus Antioche
l. XXIV. §. nus, postquam hanc Sedem per anno
54. Vita S. decem, & octo tenuisset. Successorem
Euthy. ana- habuit Domnum, ex sorore nepotem
lecta. Græc. Monachus fuerat sub Sancto Euthymio
p. 31. p. 41. Magistro; Juvenalis, Episcopus Jerosoly
 mitanus, Diaconum creavit anno 428
 cum Laura dedicaretur. Soluta Concl
 lio Ephesino, cum comperisset, Joannem
 avunculum suum, Nestorii partes sectari
 vehementer indoluit, rogabatque S. Euthymium, ut permitteret, se Antiochiam
 ire, ubi eum ad meliora revocaret. Respon
 dit S. Euthymius: *ne eas, fili mi! non
 erit tibi utile; quamvis enim impii Joannem
 ad breve tempus ad se pertraxerint, Deus,
 cui cordis ejus sinceritas nota, non permit
 tet, ut in exitium ruat. Tu vero, si in
 loco ad quem vocatus fuisti, permanseris,
 & repellas cogitationes, quibus ad fugien
 dum desertum alliceris, proficies, & se
 cundum Deum honoraberis; si me non au
 dis, succedes in Episcopatu avunculo tuo,
 sed eodem ab impiis privaberis, postquam*

te, te ipso invito, suis partibus implicue-
 rint. Hæc S. Euthymius. Non habuit Sæculum V.
A.C. 440.
 Magistro fidem Domnus, benedictione
 non accepta abiit Antiochiam, ubi for-
 tem, quam sibi vir Sanctus prædixerat,
 expertus est.

Anno superiore, Firmo Episcopo Cæ-
 sariensi in Cappadocia defuncto, Cæsa-
 rientes Constantinopolim venire, a Pro-
 clo Episcopum petentes. Animo perpen-
 dentem, quem ipsis Episcopum daret,
 quadam die Sabbati omnes Senatores in
 Ecclesia invisunt; cum iis venerat Tha-
 lassius, qui Præfectus Prætorio in Illyrico
 fuerat, jamque eidem officio in Oriente
 præficiendus dicebatur; Huic Proclus
 manum imponens, Episcopum Cæsarien-
 sem pronuntiavit. Hic Socrates Histo-
 riæ suæ Ecclesiasticæ finem imposuit,
 quam in septem libros diviserat, spatium,
 ut ipse dicit, centum quadraginta anno-
 rum complectentem, nempe ab initio
 Regni Constantini, usque ad decimum
 septimum Consulatum Theodosii junio-
 ris, id est, ab anno 306. usque ad annum
 439. in qua tamen periodo anni non plu-
 res, quam centum triginta tres numeran-
 tur. Ad hunc etiam annum 439. Sozo-
 menus Historiam suam deduxerat, a ter-
 tio Consulatu Crispi, & Constantini junio-
 ris, id est, ab anno 314. Sed hujus histo-
 riæ ultima hodie desiderantur. Duorum
 istorum

Soz. c. ult.

Soz. præf.

Sæculum V. istorum Historicorum, dum de Novatis scripsere, quibus favere videntur fides suspecta esse meretur.

A. C. 440

§. XLVII.

Ecclesiarum consuetudines.

Socr. V. c. 22. Sozom. VII. c. 19. **C**aute etiam supradictis Scriptoribus fides adhibenda, dum varias Ecclesiarum consuetudines referunt. Dicunt, jejunium quadragesimale sex septimanas ante Pascha in Illyrico, in Græcia, Alexandria, per totam Ægyptum, Africam, & Palestinam durasse. Constantinopoli, & in omnibus vicinis Provinciis usque in Phœnicen a septima septimana ante Pascha jejunabatur; verum aliqui ex his sex vel septem septimanis tribus tantum per intervalla jejunabant, & quinque tantum hebdomadæ diebus. Aliqui tres septimanas continuas, sicut Romæ, exceptis diebus Sabbati, & Dominica jejunabant. Hic Socrates halucinatus videtur, cum Romæ diebus Sabbati per totum annum fuerit jejunatum. Omnes hoc jejunii tempus Quadragesimam appellabant. Sed & in jejunandi modo magna diversitas reperiebatur. Aliqui omni animalium genere abstinebant. Aliqui piscibus vesciebantur. Alii cum piscibus aves comdebant. Alii abstinebant ab arborum fructibus, & ovis. Aliqui solum panem, aliqui ne quidem panem edebant. Alii non

non diutius quam usque ad Nonam jeju- Sæculum V.
nabant, & deinde nullo discrimine om- A.C. 440.
nia manducabant.

In aliis locis aliud erat conventuum
Ecclesiasticorum tempus, alia forma. Ubi-
que Sancta Mysteria diebus Sabbati, æque
ac Dominicis, si Romam, & Alexandriam
excipiamus, celebrabantur. In quibus-
dam Ægypti locis die Sabbati, sed vespere,
Sacra Mysteria offerebantur, & contra
consuetudinem omnium Ecclesiarum non
jejuni communicabant. Alexandriae Chri-
stiani diebus Mercurii, & Veneris conve-
niebant, tunc autem solum legebant, ex-
plicationem Scripturarum audiebant, &
orabant, sed Mysteria non celebrabantur.
Lectores, & Cantores constituebantur
Catechumeni, cum in omnibus aliis locis
non nisi Fideles ordinarentur. Cæsareæ
in Cappadocia, & in Insula Cypro, die-
bus Sabbati, & Dominicis Vespere, ac-
censis lucernis, id est, ad officium Vespere-
rarum, Presbyteri, & Episcopi semper
Scripturas exponebant. Alexandriae non
Presbyteri, sed solus Episcopus prædica-
bat, quod ab Arii tempore introductum
fuerat. Episcopus, cum Evangelium le-
geretur, non assurgebat, ut mos in aliis
ubique Ecclesiis ferebat; solus Archidia-
conus Evangelium prælegebat; in aliis
locis Diaconi, in multis Ecclesiis Presby-
teri, & Episcopus festis solemnibus, sicut
Con-

Sæculum V. Constantinopoli in die Paschatis, illi
 A.C. 440. recitabat. Romæ nec Episcopus, ne-
 quisquam alius in Ecclesia docebat. He-
 vid. Quesnel quidem Sozomenus dicit, quæ tamen
 in S. Leon. Diff. I. an. 440. latenus verosimilia sunt; imo pronus
 est credere, Sozomenum, Constantinopolim
 degentem, quid Romæ ageretur, nesci-
 visse. Antiochiæ Altare Occidentem
 non vero sicut in aliis Ecclesiis Orientem
 respiciebat. Romæ haud plures septem
 Diaconis erant, alibi determinatus non
 erat numerus. In Scythia, quamvis plures
 darentur Civitates, unus tamen omnes
 regebat Episcopus; contra aliis populis
 mos erat, sicut etiam in Arabia, & in Cy-
 pro pagis exiguis Episcopos dare. Deni-
 que Cæremoniarum, & Consuetudinum
 pro singulis locis infinita varietas fuit,
 qualibet Ecclesia veteres usus religiosissi-
 me observante.

§. XLVIII.

Persecutio in Africa.

Victor. Vi- Gensericus, capta Carthagine, Provin-
 tens. l. I. c. 4. cias Africæ in hunc modum divisit;
 Byzacenam, Abaritanam, Getuliam, &
 unam Numidiæ partem sibi servavit, in
 Zeugitanam, & Proconsularem milites
 immisit. Alias Provincias adhucdum Va-
 lentinianus tuebatur, sed ingens calami-
 tas incolas premebat. Præcepit Gense-
 ricus, ut Vandali Episcopos, rebus omni-
 bus

bus spoliatos, suis Ecclesiis expellerent, abire detrectantes in perpetuam servitutum redigerent. Hæc sententia non modo in Episcopos, sed & multos Laicos nobiles, & sua Dignitate spectabiles executioni data. Quodvultdeus, Episcopus Carthaginensis, aliique Clerici plurimi, ita ejecti, & navigiis labefactatis impositi, nihilominus feliciter Neapolim apulerunt. Gaudiosus, Episcopus Abitinensis, cum istis illuc delatus, Monasterii Fundator extitit, in quo, sicut etiam Quodvultdeus, diem clausit; Etiamnum Neapoli in memorato Monasterio, quod hodie Sanctimoniales occupant, utriusque Reliquiæ asservantur. Ecclesia *Martyr. & S. Quodvultdeus* memoriam 16. Octobr. *ibi Baron.* & S. Gaudiosi 28. colit. Alii etiam Episcopi, aut Clerici undecim annotantur, quos inter notissimi sunt Priscus, & Castrensis; hi, variis tormentis in Africa toleratis, in vitiatam navem illati, sive id eodem itinere, quod memoravimus, sive alio factum, in Campaniæ littora defecti sunt, ubi diversas rexerunt Ecclesias. Eorum memoria prima die Sept. agitur. *Mart. Rom. & ibi Baron. v. Ruin. ad Victor. c. 9.*

Genfericus expulsis ex urbe Carthagine Episcopis cum suis Clericis, suæ Religionis hominibus, nempe Arianis, dedit Ecclesiam, quæ Restituta dicebatur, ubi Episcopi habitare solebant; Catholicis

Sæculum V. A. C. 440. licis omnes illas Ecclesias, atque opes

Genfericus. rum, quæ intra muros erant, eripuit. Et
tiam extra urbem sitas Ecclesias, quæ
voluit, occupavit, præprimis duas ille
vastas, & magnificentissime exornatas
S. Cypriano sacras, unam in illo loco
quo sanguinem fudit ædificatam, alteram
in illo, qui Mappalia dicebatur, ubi cor-
pus ejus sepultum fuerat. Catholicis
Genfericus præcepit, ut defunctos, omis-
so consueto cantu, silentes, terræ man-
darent; partem Clericorum, qui super-
erant, in exilium misit.

Episcopi, aliique viri spectatissimi,
qui in Provinciis, inter Vandalos divisi,
remanferant, quadam die in conspectum
Genferici in littore maris prope Maxu-
lam in Provincia Proconsulari ambulanti-
tis se dederunt, humillime rogantes, ut
postquam Ecclesiis, & Bonis exuti essent,
saltem in solatium populi remanere lice-
ret in illis partibus, in quibus jam Van-
dali dominabantur. His jussit respon-
deri: *Statutum mihi est nomen vestrum,
& nationem delere, & vos talia a me pe-
tere audetis?* Jamque, ut prope mare
constiterant, omnes in fluctus projici im-
peraturus erat, nisi summæ suorum pre-
ces malum avertissent. Recessere mi-
selli Catholici, dolore obruti, cumque
nullam haberent Ecclesiam, Sancta My-
steria, ubi poterant, celebrare cœpe-
runt.

Comes

Comes Sebastianus Bonifacii Comitis Gener, & ipse a Romanis male habitus, tandem in Africam se receperat. Sæculum V. A. C. 440.
 Hujus consiliis Genfericus utebatur, & quamvis cognosceret, viri sagacitatem rebus suis esse pernecessariam, ejusdem tamen formidabat potentiam, ut ergo eum e medio tolleret, speciosum obtentum a Religione quæsit; quadam die præsentibus Episcopis suis, & Domesticis ad eum dixit: *Scio, juramento te ipsum obstrinxisse, ut mihi fideliter adhaereas; porro labores pro me suscepti probant, sincerissimum fuisse; ut vero amicitia nostra perpetua esse possit, volo, ut meam Religionem amplectaris.* Sebastianus, ut idonea similitudine Regis animum moveret, petiit, ut panis candidus afferretur, quem deinde manibus tenens, dixit: *Quo panis iste dignus mensa Regia redderetur, primo furfur a farina separatus est, & deinde massa per aquam, & ignem transit. Ita ego in Ecclesia Catholica per molam, & cribrum purgatus fui, aqua Baptismi lavatus, & igne Spiritus Sancti perfectus. Jam confringatur panis hic, quem manibus teneo, aqua maceretur, retractetur, & de novo in furnum mittatur, si inde melior exeat, faciam, quod jubes.* Hac parabola, quam inutilis secundus Baptismus esset, ostendere volebat; intellexit Genfericus,

Marcell.
Chron. an.
435. Prosp.
an. 441.
Victor. Vit.
Lib. I. c. 6.

cus,

Sæculum V. A. C. 440. Hinc postea aliud quæsit, quod obtineret, ut Sebastianum e vivis tolleretur. Is in quibusdam Martyrologiis inter ceteros Martyres honoratur.

*Bolland. 27.
Mart.*

§. XLIX.

S. Leonis Epistolæ ad Episcopos Mauritanicæ.

*v. Not.
Quesn. Ep.
1. al. 37.*

Ad hæc vastatæ Africæ tempora receduntur duæ S. Leonis Epistolæ, quibus nulla dies apposita, una ad Episcopos Mauritanicæ Cæsarianæ, & ad Rusticum Narbonensem altera. Cum ad S. Leonem sæpe relatum fuisset ab illis qui ex Mauritania veniebant, ibi Ordinationes contra Canones fieri, Episcopo Potentio, Roma in hanc Provinciam profecturo, in mandatis dedit, ut in ista inquireret, & Epistolam ferendam commisit, ad illius Provinciæ Episcopos, quam non habemus. Potentius amplam relationem de illarum Ecclesiarum statu ad Papam misit; hinc causa fuit scribendæ Epistolæ, quam habemus. Initio S. Leo notat, tristia temporum fata his malis occasionem dedisse, quæ singillatim enumerat. Aliqui Episcopi per ambitum, aut popularem tumultum electi fuerant. Ad Episcopatum promoti fuerant Bishops, Laici, Hæretici conversi, quamvis

neces

necessarium fuisset, ut ad Episcopatum
 evehendi, prius in Ordinibus minoribus
 probentur, ut non tantum doctos, sed
 & humiles esse constet. Bigamos non
 solum ab Episcopatu, sed etiam a Pres-
 byteratu, & Diaconatu deponendos, &
 excludendos pronuntiat; in Bigamorum
 autem censum refert, qui viduas duxe-
 rint. *Multo magis, subjungit: deponen-*
duus est ille, qui, ut ad nos relatum est, duas
mulieres simul habet, aut qui, postquam
uxor ejus discessit, aliam duxit. Quan-
 tum ad eos pertinet, qui ordinati fue-
 runt, cum essent simplices Laici, permit-
 tit Papa, ut in Episcopatu permaneant,
 ita tamen ut hæc Dispensatio in malum
 exemplum trahi nequeat, nec Decretis
 Sanctæ Sedis, nec speciaticim a se ipso da-
 tis noceant. Ex his videmus, hanc
 S. Leonis Epistolam, inter ejus Decreta-
 les non esse primam; sed aliæ ad nos non
 pervenerint. In Sede sua confirmat Do-
 natum Salicinensem, qui se cum populo
 suo ab Hæresi Novatianorum converte-
 rat, & Maximum Donatistam conversum,
 quamvis Laicus ad Episcopatum fuisset
 promotus, addita conditione, ut ambo
 fidei Professionem, manu sua scriptam,
 traderent. *Causam Aggari, & Tiberia-*
ni, qui inter seditiones vehementes, cum
essent Laici, in Episcopos fuerant ordi-
nati, locorum illorum Episcopis judican-
dam
Hist. Eccles. Tom. VI. Z dam

Sæculum V.
 A. C. 440.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Sæculum V. dam relinquit, sibi tamen, postquam ab
A. C. 440. retulerint, Decisionem reservat. Nulli
 nullis Sanctimonialibus Barbari vim
c. 8. tulerant; S. Leo innocentes edicit, suadet
 det vero, ut humilitati studeant, nec
 Virginibus æquales existiment.

§. L.

Epistola ad Rusticum Narbonensem.

Inscript. in **R**usticus, Episcopus Narbonensis, filius
not. Q. p. 784 erat cujusdam Episcopi, cui nomen
 Bonnosus; Mater ejus, alterius Episcopi
Hier. ep. 4. cui nomen Arator; Soror, magnæ pro-
c. 4. tatis vidua, educandi pueri singularem
 curam gessit. Postquam in Gallia, ubi
 tunc scholæ egregie florebant, litteris o-
 peram dedisset, Romam misit, nullis
 parcens sumptibus, ut in arte eloquentiæ
 perficeretur. Ad Matrem deinde rediit,
 seque Monastico instituto dedit; sub
 tempus celebrem a S. Hieronymo acce-
 pit Epistolam, de vita Religiosa; monet
 etiam juvenem S. Hieronymus, ut Pro-
 clum Episcopum Massiliensem adeat, a
c. 10. quo viva voce instrueretur. Cum Ru-
 sticus aliquamdiu in Monasterio vixisset,
 Presbyter Ecclesiæ Massiliensis, Patriæ
 suæ, ut conjectura est, & tandem Epis-
v. N. Quesn. copus Narbonensis anno 427. ordinatus
p. 785. est.

S. Leo

S. Leone ad Pontificatum evecto, Ru-
 sticus Archidiaconum suum Hermetem
 ad eum misit, qui super variis Discipli-
 nae punctis Papam consuleret. In his
 litteris affirmabat, cupere se Sedem suam
 relinquere, atque quietis, & solitudinis
 maximo desiderio teneri. Id vero ut
 faciat, S. Leo nullatenus suadet, sed do-
 cet, non minus patientiam esse necessa-
 riam ad quotidianas vitæ tentationes su-
 perandas, quam Tyrannorum persecu-
 tiones; qui Ecclesiæ Regimini præfecti
 essent, stationem sibi commissam forti-
 ter tenerent, & in eo confiderent, qui,
 se nunquam Ecclesiam suam derelictu-
 rum, promisit. Ad quæstiones, a S. Ru-
 stico propositas, S. Leo ita respondet:
Presbyter, aut Diaconus, qui se falso E-
piscopum dixit, pro tali haberi non de-
bet; cum inter Episcopos recenseri non
possint, qui nec a Clericis electi, nec a po-
pulo expetiti, nec ab Episcopis illius Pro-
vincia, consentiente Metropolita, conse-
crati sunt. Ordinationes ab his falsis E-
piscopis factæ, nullæ sunt, nisi consensu
eorum, qui regebant Ecclesias, ad quas hi
Clerici pertinebant, factæ sint. Hæc re-
 strictio difficilis captu est, nisi dicatur,
 falsos hos Episcopos re vera Caractere
 Episcopali fuisse insignitos, sed eundem
 Ordinatione illicita accepisse, sicut Ar-
 mentarius Embrodunensis in Concilio Re-

Sæculum V.

A. C. 440.

Leo ep. 2.

al. 92.

Inquis. 1.

v. not. Quest.

p. 785.

Sup. n. 47.

Z. 2.

jensi Inq. 2.

Sæculum V.
A. C. 440.

jensi depositus. (*) Si aliquis Presbyter, aut Diaconus petat sibi imponi poenitentiam; eam privatim peragat, est enim contra Ecclesiæ consuetudinem, ut publicam poenitentiam subeant.

Inq. 3.

Lex continentiae eadem Ministris Altaris, ac Episcopis, & Presbyteris imponitur. Licebat Laicis, vel Lectoribus matrimonium inire, & liberos procreare. Ad gradum altiorem promoti non dimittunt uxores, sed cum uxoribus vivunt, ac si non haberent eas. Inter Ministros Altaris, ad continentiam obligatos, S. Leo etiam Subdiaconos comprehendit, quod ex ejus Epistola ad Anastasium Theffal-

Epist. 12. al.
84. c. 4.

nicensem colligitur. Inter Concubinam, & uxorem legitimam discernendum est; itaque, qui relinquit Concubinam, & uxorem ducit, bene facit; & mulier,

Inq. 4. 5. 6.

viro nubens, qui Concubinam habebat, non peccat, quia non erat matrimonium.

Leonis I.
Decretalis.

Sup. l. XX.
§ 48. Canc.
vol. I. c. 17.

S. Leoni hic sermo est de Concubinis mancipiis, non vero de iis, quæ, etsi uxores legitimæ essent, tamen, lege ita disponente, uxoris titulo carebant. Qui poenitentiam recipiunt ægotantes, & postquam convaluerunt, recusant, non sunt derelinquendi, sed sapius arguendi, de

(*) Hæc responsio Fleurii Anonymo I. probatur, sed modus, quo eam subtimide proponere videtur, displicet.

de neminis vero salute, quamdiu hac au-
 ra fruitur, desperandum. Simili patien-
 tia tolerandi sunt illi, qui, malo premen-
 te, pœnitentiam petunt, & detrectant,
 si Presbyter advenerit, & vis morbi re-
 miserit; si tales postea pœnitentiam ro-
 gent, non denegetur. Qui morti pro-
 ximi pœnitentiam acceptant, & moriun-
 tur antequam Communionem accepe-
 rint, id est, Reconciliationem, relinquantur
 Judicio Dei, qui mortem eorum dif-
 ferre poterat; pro ipsis autem non ora-
 tur, (*) quia extra Communionem Ec-
 clesiæ obierunt. In aliis Ecclesiis pro
 talibus etiam orabatur. Pœnitentes
 multis etiam licitis abstinere oportet.
 Actionem in judicio non moveant, si pos-
 sibile sit; & magis Judicem Ecclesiasti-
 cum, quam sæcularem adeant. Damnum
 pati malint, quam mercaturæ, quæ sine
 peccato vix unquam exerceri potest, im-
 plicari. Non licet pœnitentibus denuo
 militiæ nomen dare, (**) aut nuptias ini-
 re, nisi forte pœnitens in juvenilibus an-
 nis sit, & de pudicitia periclitetur; &
 tunc etiam, si id concedatur, gratia erit,
 non debitum.

Monachus, qui voto obstrictus, uxorem
 ducit, aut militiam amplectitur, pu-
 blicam

Z 3

Sæculum V.
A. C. 440.*Inquis. 7.*

9.

8.

*Quesnel.**Inq. 10.*

11.

12.

13.

Inq. 14.

15.

(*) Nempe publice.

(**) Forte etiam munera publica obire.

Sæculum V. blicam pœnitentiam subeat. Puella
 A. C. 440. quæ cum Virginum habitum assump-

v. *Quesnel.*

sent, postea matrimonium inierunt, et
 tiam si consecrationem non acceperint,
 nocentes sunt. Nempe duplex genus
 erat Virginum, illarum unum, quæ voto
 tantum se obstrinxerant, eoque vel so-
 lemni, si Monasterium fuissent ingressæ,
 vel simplici, si habitum sumpserant, &
 apud Parentes remansissent, alterum illa-
 rum, quæ acceperant consecrationem;
 hæc vero ante annum Virginis quadra-
 gesimum ab ipso Episcopo quodam Festo
 solempni non conferebatur; ut ipse S. Leo
 præcipit.

Inq. 16.

Si qui in puerili ætate a Parentibus
 Christianis, derelicti fuerint, ita ut nul-
 lum appareat argumentum, fuisse bap-
 tizatos, baptizentur sine timore, ne Sacra-
 mentum iteretur. Qui prima ætate ab
 hostibus capti, nesciunt, an fuerint ba-
 ptizati, quamvis recordentur, se cum
 parentibus ad Ecclesiam ivisse, interro-
 gari debent, an id acceperint, quod pa-
 rentibus eorum porrigebatur, nempe
 Evcharistia; si non meminerint, absque
 hæsitacione baptizandi sunt. Homines
 ex Africa, & Mauritania in Galliam ve-
 nerant, qui se quidem baptizatos, sed non
 in qua Secta sciebant; S. Leo respondet,
 non esse baptizandos, cum formam Ba-
 ptismi qualicunque demum modo acce-
 pissent;

18.

pissent; solummodo impositione manuum Sæculum V.
A. C. 440.
cum invocatione Spiritus Sancti, id est, per Confirmationem, Ecclesiæ Catholice reconciliandi sunt. (*) Alii in pueritia baptizati, & a Gentilibus in captivitatem abducti, more Gentilium vivebant, & adhucdum juvenes in Romanorum terras redierant; de his S. Rusticus quærebat, quid faciendum, si Communionem peterent. S. Leo respondet: *Si tantum immolata manducarunt, jejuni-
o, & manuum impositione mundari poterunt. Si Idola adorarunt, vel homicidia, aut fornicationes commiserunt, iis publica pœnitentia injungenda.* Hic videmus manuum impositionem tam a Confirmatione, quam Pœnitentia publica distinctam. Cœterum ex his ultimis articulis colligitur, hanc Decretalem ad illa tempora, quibus Vandali in Imperium irruerunt, esse referendam.

Z 4

§. LI.

(*) Non est certissimum, hic Sacramentum Confirmationis fuisse collatum; nam etiam in Reconciliatione imponebantur manus. Cœterum Novatiani quidem non confirmabant, an vero nulli Hæretici Confirmationem contulerint, & an valide potuerint conferre, difficilis est quæstio.

Sæculum V.
A. C. 441.

§. LI.

Primum Concilium Arausicanum.

to. 3. Conc.
p. 1446.

*Præf. coll.
XI.*

*Genn. Illust.
c. 622. Marc.
Chr. an. 456.*

*Sirmond.
not. post.*

Sub idem tempus Episcopi Galliarum
Ecclesia Justiniana, in territorio Arau-
rausicano, sexto Idus Nov. Cyro Con-
sulatum gerente, id est, octava Nov. anno
441. Concilium egerunt. Huic S. Hil-
larius præfuit, Episcopus Arelatensis; ce-
terorum præterea sexdecim Episcoporum
nomina subscripta leguntur. Inter hos
Episcopos notissimi sunt; Constantinus
Vapincensis, Auspicius Vasionensis, Ma-
ximus Rejensis, & S. Eucherius Lugdu-
nensis, qui edixit, se Episcoporum Pro-
vinciæ suæ consensum expectaturum.
S. Eucherius Monachus fuerat in Insula
Lerineni, S. Honorati, & Cassiani ami-
cus, ad quos unam collationum suarum
direxit. S. Eucherius uxorem habuerat,
ejusque duo filii Veranus, & Salonius,
ambo Episcopi fuere. Pia quædam ha-
bemus opuscula, quæ ipsius partus sunt.
In hoc Concilio Arausicano triginta Ca-
nones conditi. Primo statuitur; Hære-
ticos, qui, urgente mortis periculo, con-
verti cupient, a Presbyteris unctionem
Chrysmatis, & Benedictionem, absente
Episcopo, accipere posse; quod non nul-
li de Confirmatione accipiunt. Canone
secundo, & inter Cæteros celeberrimo,
hæc statuuntur his verbis: *Nullus Mi-
nistro*

nistrorum, qui baptizare possunt, quocun- que exeat sine Chrysmate, quia statutum est inter nos, ut una tantum vice hæc unctio fiat. Si quis in Baptismo ob casum necessitatis unctionem Chrysmatis non accepit, hac de re Episcopus eum confir- maturus admoneatur. Unica est enim unctio Chrysmatis, quod non ita quidem accipiendum, ac si unctio iterata noceret, sed ne credatur necessaria. Alia exem- plaria, mutata particula negativa, di- cunt: Ut credatur necessaria. Difficile est horum verborum sensum percipere, & difficilius credere, non nunquam col- latam fuisse Confirmationem sine un- ctione, quod Canon cum particula ne- gativa indicare videtur; id nulla alia Auctoritate probari potest, totius Eccle- siæ usus adversatur, & communis est Theologorum Doctrina, unctionem ad Confirmationis substantiam pertinere. ()*

Z 5 Ulte-

(*) Ex hoc Canone fortissimum formatur ar- gumentum, materiam Confirmationis solam esse manuum impositionem. Usus totius Ecclesiæ, quem adducit Fleurius, si tunc temporis fuit ob- servatus, non probaret, unctionem pertinere ad substantiam Confirmationis, alias ex hoc usu pro- baretur, unctionem Chrysmatis etiam ad sub- stantiam Baptismi pertinere. Cæterum magna hic est Fleurii in Theologos Observantia, atque

ob

Sæculum V.
A. C. 441.

Sæculum V.

A.C. 441.

c. 18.

c. 19.

c. 20.

c. 15.

c. 16.

c. 13.

c. 12.

Ulterius Concilium Arausicanum statut: imposterum Catechumenis Evangelium prælegetur. Nunquam Baptisterium intrare permittantur. Separatur, quantum fieri potest a Benedictione, quæ Fidelibus conferri solet, etiam in precibus domesticis; sed separatim accedant, ut eis benedicatur. Catechumeni obsessi, seu Energumeni pro calidæ necessitatis baptizentur, aut quandoque visum fuerit. Energumenis baptizatis, qui faciunt, quantum in ipsis est, ut liberentur, Communio detur, quæ roborentur, aut etiam per virtutem Sacramenti liberentur. Qui aliquando a Dæmone publice vexati sunt, inter Clericos non suscipiantur, aut si suscipiantur, nullam functionem exerceant. Mentis captis omnia, quæ pietas postulat, conferantur. Qui subito loquendi facultate privatur, Baptismum, aut pœnitentiam potest recipere, si signis indicet, se id velle, vel si testes adsint, id voluisse. (*)

ob hoc solum ab Anonymo II. & P. Balduino honestius haberi meritus fuisset. Ego vero in hoc non consentio Fleurio, Communem esse Theologorum Doctrinam. Videatur Tournellus de Sacramento Confirmationis.

(*) Conjicitur, hic per pœnitentiam, aut salutem cum pœnitentia collatam fuisse absolutionem Sacramentalem.

Qui moriuntur pœnitentiæ tempore Sæculum V.
 necdum expleto Communionem acci- A. C. 441.
 piant absque manuum impositione, quæ c. 3.
 in Reconciliationem datur; idque mo-
 rientium consolationi sufficiat, juxta De-
 creta Patrum, qui hanc Communionem
 Viaticum appellarunt; si supervixerint,
 in ordine pœnitentium remanebunt, ut
 postquam pœnitentiam compleverint,
 manuum impositionem, & Communionem
 legitimam accipiant. Canon iste Sup. XI. n.
 explicari debet per Canonem decimum 21. v. Sirm.
 tertium Nicænum, quo morientibus not. c. 4.
 Communio, etiam Evcharistiæ, concedi-
 tur, cum onere pœnitentiam complendi,
 si convalescant. Clericis pœnitentiam
 petentibus denegari non debet. Id de
 pœnitentia secreta, sicut in Epistola S.
 Leonis ad Rusticum, accipi potest.

Episcopus communicans cum homi- n. 2. c. II.
 ne, quem alius Episcopus excommunica-
 vit, nocens est; & in futuro Concilio ju-
 stitia Excommunicationis examinanda.
 Si quis Episcopus in alterius Diœcesi Ec- c. I.
 clesiam ædificare velit, licentiam ab eo
 obtineat, Consecrationem ei relinquat,
 Clericos, quos voluerit, ut ibi ministrent,
 eidem ordinandos præsentet, & totum
 novæ Ecclesiæ Regimen committat. Si
 quis Sæcularis Ecclesiam, a se extructam,
 ab alieno Episcopo consecrari curavit,
 hic Episcopus, & omnes alii, qui huic
 Con-

Sæculum V.
A. C. 441.

- Consecrationi interfuerint, a Conventu
excludantur. Hic juris Patronatus
tia deprehenduntur in eo, quod Episcopus
Fundator Clericos, quos suæ Ecclesie
Ministros petit, Episcopo Diocesano pre-
sentari possit. Si quis Episcopus per
firmitatem usum loquendi amittat, et
vocabit alium Episcopum, qui functio-
nes Episcopales peragat, nec eas a Pres-
byteris exerceri jubebit.
- e. 30. Si quis Episcopus vult ordinare Cleri-
cum, qui alibi habitat, prius voluntatem
habeat eum obligandi, ut apud se perma-
neat; at vero consulendus est Episcopus
ad cujus Ecclesiam antea pertinebat, et
qui forte hunc Clericum non sine causa
altiolem ordinem non promovit. Nulli
Diaconissæ ordinentur. Si duo Episcopi
tertium invitum ordinaverint, recens or-
dinato alterutrius Ecclesia dabitur; & in
locum alterius alius ordinabitur, si vero
in Ordinationem suam consenserit, om-
nes tres condemnabuntur. Non ordi-
nabitur ultra Diaconus, nisi promittat
se continentiam servaturum sub pœna
depositionis. Si prius ordinatus fuerit,
ad gradum altiolem secundum Decretum
Conc. Taur. Concilii Taurinensis non promovebitur.
e. 8. to. 2. Bigami Subdiaconatum, & Ordines infe-
Conc. p. 1157 riores poterunt recipere. Viduæ coram
e. 27. Episcopo profitebuntur, & habitum ab
ipso accipient. Pœnitentiam subire ju-
beantur.

bebuntur utriusque sexus homines, si continentiae votum fregerint. Qui ad Ecclesiam confugerint, persecutoribus non tradantur, sed ob loci Reverentiam tueri eos oportet. Si quis servos illius Ecclesiae, ad quam sui confugerunt, ipsorum loco rapiat, severissime ab omnibus Ecclesiis condemnabitur. Si quis homines in servitutem redigere voluerit, qui in Ecclesia manumissi sunt, aut a quoquam testamento Ecclesiae commendati, Censura Ecclesiastica reprimetur. Post Canones legitur statutum, ne unquam Synodus solvatur, nisi secuturo Conventui dies constituatur; atque hac vice Concilium futurum, anno sequenti 442. Lucianae agendum, in eadem Arausicana Diocesi indicatur.

Sæculum V.
A. C. 442.

c. 28.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 29.

§. LII.

Concilium Vasionense.

Hoc anno 442. Dioscoro Consule, Idibus, id est, decima tertia Nov. Vasionense sub Episcopo Auspicio celebratum est Concilium. In eo novem, decemve Canones conditi, quorum hæc est summa; Si Episcopi Galli ab una Provincia in aliam proficiscantur, non eis necesse, ut habeant testes litteras, dummodo excommunicati non sint, quia ob viciniam satis noti sunt; nempe litteræ formatae solis exteris dabantur. Presbyteri singulis

tom. 3. Conc.
p. 1456. can. 1

v. Sirm.
c. 3.

Sæculum V.
A. C. 442.

- gulis annis sacrum Chryfina a suo Episcopo ante Pascha petant; ipsi accepti ibunt, vel saltem Subdiaconum mittent.
- c. 2. Pro iis, qui subita morte tempore penitentia, quam fideliter peragebant, defungentur, orandum est. Qui defunctorum oblationes retinent, aut eas Ecclesiae reddere cunctantur, tanquam Sacilegi, & pauperum parricidæ, excommunicabuntur. Vitandi sunt, non solum illi, quos Episcopus nominatim excommunicavit, sed etiam illi, de quibus constat, eorum mores Episcopo displicere, etiamsi dissimulet. Episcopi non leviter vel quemquam accusent, vel excommunicent. Si culpæ leves sint, aliorum intercessione facile flecti se sinant; si crimen commissum sit, publice accusent. (*)
- c. 6. Si quis crimen commisit, soli Episcopo notum, huic potest præcipere, ne in publica congregatione conspectum suum subeat, sed ab aliorum communione non separetur, quamdiu delictum probari non potest. (**)

Conc. Cart. 6
can. 132.

Ut aboleretur mos ille crudelis, quo Gentiles proles suas projiciebant, Constantinus anno 331. Lege statuerat, ut ejus-

(*) Non per se ipsos, sed ut bene notat Anonymus I. Accusatoris vice, nempe alterius.

(**) Hic de Confessione auriculari sermo esse videtur.

ejusmodi infantes in illorum potestatem Sæculum V.
 transfirent, qui eos nutritivissent, & edu- A. C. 442.
 cassent, seu filios suos adoptivos, seu L. 1. Cod.
 mancipia, ut lubuisset, esse voluissent; Theod. de
 Parentibus, aut Dominis omne jus tales expos. lib. V.
 repetendi adimebatur. Ad hanc legem L. 2. eod.
 Honorius anno 412. addiderat, ut qui
 prolem projectam levaret, testes adhibe-
 ret, & Chirographum Episcopi, ne quis
 unquam importunus exactor eam posset
 repetere. Nihilominus piissimis ejus-
 modi misellorum, a Parentibus derelictor-
 um, Patronis sapissime mota actione
 molestia creabatur; hinc multi istud Mi-
 sericordiæ genus exercere non audebant;
 ergo Concilium Vasionense præcipit, c. 9.
 ut hæ leges observentur, & præterea die
 Dominica Diaconus ad altare annuntiet,
 infantem expositum fuisse levatum, ut
 si quis aliquando pusionem tanquam
 suam vellet repetere, id intra decem
 dies aperiatur; nisi jam faciat, quiscunque
 deinde hanc prolem repeteret, sciret, c. 10.
 se Censura Ecclesiastica, tanquam homi-
 cidam, feriendum.

§. LIII.

S. Leonis Epistola.

Haud diu post captam Carthaginem, Chr. Idac.
 nempe anno 440. Imperatore Va- an. 16. Va-
 lentiniano, & Anatolio Consulibus, Gen- lent. Prosp.
 sericus trajecit in Siciliam, vastavit In- an. 440. Cas-
 sulam, siod. an. eod.

Sæculum V. fulam, & Panormum obsedit, quæ mo-
 A. C. 443. to tempore hostium vim repulit. Me-

apud. Questn.
post. ep. 2. ximinus, Arianorum in Sicilia Princeps
 cum a Catholicis Episcopis fuisset con-
 damnatus, vindictæ cupiditate ardens, Ty-
 rannum incitabat, ut eos persequeretur
 & Arianam Hæresin sequi cogeret. Non
 nulli in illo furore Martyrii lauream con-
 secuti sunt. S. Leo, Siciliae calamitates
 dolens, Paschasino, Episcopo Lilibæi, usus
 Ministerio Silani, Ecclesiæ Panormitanae
 Diaconi, subsidia Charitatis cum litteris
 consolatoriis misit; ea etiam occasione,
 Paschasinum consuluit, in quam diem an-
 no sequenti 444. Festum Paschæ incide-
 ret; quod jam ante a S. Cyrillo Alexan-

drino exquisierat. Paschasinus Papæ re-
 spondit, quod re mature examinata, &
 exacte pensata, invenisse se, sicut & S. Cy-
 rillum, Diem Paschalem anni sequentis
 Dominica, nono Kalendas Maji, id est, vi-
 gesima tertia Aprilis, esse celebrandam,

Sup. Lib.
XXIII.n.35 & causas explicat. Mentionem inicit
 de quodam miraculo Baptistarii in Sici-
 lia, quod anno 417., Zosimo Pontifice,
 acciderat.

Epist. 3. al. 1. Eodem anno 443. S. Leo ad Episcopos
 Campaniæ, Piceni, Tusciæ, & omnium
 Provinciarum suburbicarum Epistolam
 Decretalem dedit. Picenum hodie pars
 magna Marchiæ Anconitanæ est. E-
 piscopis tribus, Innocentio, Legitimo,
 &

& Segecio mandatum, ut in Provincias deferrent hanc Decretalem, ut pronum est conijcere, acti Concilii consecrarium. In ea varii abusus reprehenduntur; nempe ad supremum Sacerdotii fastigium evehi servilis conditionis homines, vel obstrictos ad ejusmodi munera, quæ cum Ecclesiæ Ministerio componi non possent. Quosdam invitis Dominis ordinari. Ad ordines suscipi Bigamos. Clericos inveniri, qui ex mutuo dato vel suo, vel adscititio nomine usuras acciperent, quod Laicis quoque nefas esset. Præcipit Papa, ut omnes hi abusus tollantur, atque Episcopis non obedientibus pœnam indicit; interdicens, & sua Communione privandos. Hortatur etiam, ut S. Innocentii, suorumque Antecessorum Decreta observent. Data est hæc Decretalis sexto Idus Octobr. Maximo, & Paterno Consuli- bus, seu decima Octobr. 443.

Sæculum V.
A. C. 443.

§. LIV.

Manichæi Romæ deprehenduntur.

Inter illos, quos Africae devastatio, & Vandalorum terror fugere ad Italiae littora compulit, non pauci fuere Manichæi, qui Romam se recipientes, aliquamdiu latuere. At S. Leonis vigilantiam minime fefellerunt; cujus rei populum suum in multis Concionibus ad-

*Prosp. in
Chro. an. 443
Serm. IV. de
Coll. c. 3.*

Hist. Eccles. Tom. VI. A a mo

Sæculum V. monuit, præcipiens, ut ubicunque hujus
 A. C. 443. Sæctæ homines deprehenderent, ad suos

Serm. IV. de
Quadr. c. 5. Presbyteros deferrent, nempe ad eos
 qui in diversarum Regionum titulos di-
 visi erant. (*) Duas Notas indicat,

quibus Manichæi discerni possent; eos
 Die Dominica in honorem Solis jejuna-
 re, & in contemptum Resurrectionis Je-
 su Christi, & Die Lunæ in honorem Lu-
 næ; deinde quando cum Fidelibus ad
 Communionem accederent, eos solum

Serm. VII. Jesu Christi Corpus accipere, non vero
Nativ. c. 4. Sanguinem, quod vinum horrerent.
 S. Leo etiam superstitionem damnat, qua
 a Manichæis ortum traxisse videtur; qui-
 dam Fidelium, cum Basilicam S. Petri
 intrarent, superatis gradibus, vultum
 vertebant, ut Solem orientem saluta-
 rent.

Postquam igitur S. Pontifex magnum
Epist. 8. al. 2. Manichæorum numerum detexisset, non
 nulli publice in Ecclesia pessimam Sæ-
 ctam abjurarunt, & ad pœnitentiam re-
 cepti sunt. Alii in malo obstinati, Ju-
 dicum Laicorum auctoritate in perpetuum
 proscripti, sicut Leges Cæsareæ præcipiebant.
 Ut vero eorum errores, & infamis vita populo magis innotesceret,
 S. Leo Papa inquisitione juridica opus esse censuit. Is multos Episcopos,
 Pres-

(*) Hæc est origo Cardinalium.

Presbyterosque, plurimos cives, viros illustres, & quosdam ex Senatu convocavit; in hunc Conventum Manichæorum Electi, & Electæ introducti, & multa de sua Doctrina, atque Festorum Ceremoniis revelare coacti sunt; Mysteriorum turpitudine clarissime probata; ne quod incredulis dubium remanere possit, & calumniatoribus omnis occasio subduceretur. Personæ omnes, Manichææ abominationis complices, præsentibus stabant; puella decennis, mulieres duæ, quæ innocentulam enutriverant, & crimini præparaverant, juvenis, qui miscellam corruperat, & Episcopus Manichæus, qui nefandæ Ceremoniæ Præses adfuerat. Consentanea fuere, quæ singuli fatebantur, atque adeo detestabilia, ut audientibus horrorem crearent. Ex his Acta authentica confecta.

Mox S. Leo detectæ veritatis rationem reddidit populo, dicens pro Concione de jejuniis decimi Mensis, nempe quatuor temporum in Decembri, anno 443. præsertim fæminas vehementer hortabatur, ut hos Hæreticos fugerent, & affatum quoque horrerent, ne curiositate, & fabularum, quas narrabant, illucio deciperentur. Omnes excitat, ut eos deferant, ubi habitent, ubi doceant, & quorum domos frequentent, indi-

Sæculum V.
A. C. 443.
*Serm. V. de
jejun. Dec.
c. 4 ep. 15. ad
Thurib. c. 16.*

D. Serm. V.

A a 2 cent,

Sæculum V. cent, ut plures deprehendi possent. De
A. C. 444. iisdem Die Epiphaniæ, sexta Jan. anno

S. Leo. 444. mentionem fecit, monens populatum,
Serm. IV. ne sibi hominum istorum specie ex-
Epiph. c. 5. terna, abstinentia superstitiosa, vestitu
Prosp. in paupere, & vultus pallore imponi sine-
Chro. an 443 rent. Illorum, qui Romæ comprehen-
si sunt, confessionibus patefactum, qui-
nam ipsorum Doctores essent, qui Epis-
copi, qui Presbyteri, in quibus Provin-
ciis, & quibus urbibus degerent.

Epist. 8. al. 2. Manichæorum multi, præsertim cæ-
teris nocentiores, Roma auffugerunt.
Hinc Papa ad omnes Episcopos Italia
litteras dedit, monens, ne quosdam de
hac hominum face susciperent, qui sua
peste Ecclesias eorum inficerent. In
hunc finem, quæ Romæ acta fuerant,
docet, eaque omnia, quibus enormia
demonstrantur flagitia, transmittit. Hor-
tatur, ut sancto studio in eos inqui-
rant, (*) & caute a se, suisque pericu-
lum

(*) Ad hunc numerum Anonymus I. dicit,
ex S. Leonis rigore in Manichæos patere, usum
in Hæreticos inquirendi, & eos etiam Brachio
Sæculari tradendi, quem hodie Sacra Inquisitio
observat, non esse novum, & Reflexionem ad-
dit non necessariam, eo minus, quod idem in
alio loco jam dixerit: *Nous ne disons pas pour
cela, que ce Tribunal ait Autorité là, où il n'est
pas*

lum avertant. Epistola hæc est Circu-^{Sæculum V.}laris, atque decimo tertio Kalendas Febr. ^{A C. 444.}
Theodosio decimo octavo, & Albino
Consulibus, id est, decima tertia Jan.
anno 444. data. Multi Episcopi Orien-
tis hac in re S. Leonis vigilantiam imi-
tati sunt.

§. LV.

In Pelagianos inquiritur.

Sanctus Leo eodem tempore in Pelagia-^{Auct. de pro-}
nos, & præprimis Julianum Eclanen-^{miss. c. 6.}
sem, illorum Principem, inquirebat; ^{Phot. Bibl.}
quippe etiamsi multi Hæresin abjuras-^{cod. 54.}
sent, eandem denuo seminare cœperant.
Septimius, Episcopus Altinensis in Ve-
netia hac super re ad S. Leonem scripsit,
monuitque, in illa Provincia ad Com-
munionem Catholicam receptos fuisse ^{S. Leo. ep. 6.}
Presbyteros, Diaconos, aliosque diversi ^{al. 86.}

A a 3 Ordi-

*pas recû, & où les seuls Evêques sont Juges
des causes appartenantes au maintien de la foi.
Latine: Non tamen ideo affirmamus, huic Tri-
bunali aliquam Auctoritatem esse in illis locis,
ubi receptum non est, & ubi soli Episcopi in
causis, ad conservationem Fidei pertinentibus,
Judices sunt. Si Fleurius hoc diceret, Anony-
mo II. & P. Balduino dignus videretur, in quem
mille fulmina ruerent,*

Sæculum V. Ordinis Clericos, olim Pelagianæ Hære-
 A. C. 444. sis veneno afflato, & neminem ab ipsis

Epist. 6. petiisse, ut suum prius errorem damna-
 rent; imo tolerari etiam usum, quo ad
 suas functiones exercendas ex loco inlo-
 cum transibant, contra præcepta Cano-
 num, ut Clerici in illis Ecclesiis, ubi or-
 dinati fuissent, perpetuo manerent.
 S. Leo, accepto hoc indicio, ad Episco-
 pum Aquilejensem, Provincia Metropo-
 litam, Epistolam dedit, jubens, ut Syno-
 dum suam convocaret, & omnes hos
 Clericos, de errore Pelagianorum susce-
 ptos, aperte, & dato chirographo, hanc
 Hæresin damnare, & omnia Decreta
 Conciliorum, a Sancta Sede confirmata,
 verbis ita claris approbare, & recipere
 cogeret, ut omnis ista eludendi rima ob-
 strueretur. Papa etiam observationem
 Canonum de Stabilitate Clericorum in-
 culcat, pœnam Depositionis, & excom-
 municationis in transgressores commi-
 natus, quod plerumque, si ambitio, &
 avaritia tollatur, nulla ab una Ecclesia
 ad aliam transeundi causa superfit.

§. LVI.

Vicariatus Thessalonicensis.

Epist. 4. Anastasius, Episcopus Thessalonicensis,
 ad S. Leonem misit, qui Vicariam i-
 psum Auctoritatem in Illyrico, sicut sui
 Ante-

Antecessores habuerant, suo nomine perterent; hanc S. Leo lubenti animo concessit, data Epistola pridie Idus Jan. Theodosio decimo octavo, & Albino Consulibus, id est, 12. Jan. anno 444. In ea S. Leo dicit; se hac in re simpliciter sequi exemplum S. Siricii, eandem potestatem Anisio dantis, nullum alium in finem, quam ut Canones observentur. Admonet præcipue, ut Episcopi Canonicè eligantur. Ad nihil attendendum, quam ad viri, ad Episcopatus apicem provehendi, dotes, & quantum priori ministerio de Ecclesia meritus sit, nihil favori, nihil proprio commodo tribuendum. *Nemo, inquit: in his Ecclesiis, te non consulto, ordinetur; nullum enim nisi præcedente maturo iudicio eligent, si sciverint, necessarium esse, ut rigidissimum tuum examen subeant. Nos vero nullum agnoscemus Episcopum, quem Metropolitæ, te inscio, ordinaverit. Quia Metropolitæ jus competit, suarum Provinciarum Episcopos ordinandi, volumus, ut tu Metropolitæ ordines, eosque majori cura seligas, quia tibi cæteros regere incumbit. Nemo, si vocatus fuerit, a Synodo absit. Rei Christianæ nihil utilius, quam frequentissimi Episcoporum conventus, sunt enim emendandis erroribus, & fovendæ Charitati maxime idonei. Quod attinet ad causas majores, antiquæ tra-*

Sæculum V.
A. C. 444.

c. 5.

A a 4 ditioni

Sæculum V. *ditioni insistes, & ad nos devolves, ut*
A. C. 444. *nempe, quæ in ipsis locis expediri, & de*

c. 6. *finiri non poterunt; appellationes quæ*
 S. Pontifex, quod contra Canonum te-
 norem omnibus diebus indiscriminatim
 Presbyteri, & Diaconi ordinarentur, &
 jubet, ut in futurum non nisi Die Do-
 minica, sicut Episcopi, ordinentur; id
 intelligendum de Nocte Diem Domini-
 cam præcedente. S. Leo eadem die
 ad Illyrici Metropolitam Epistolam dedit,
 qua certiores reddit de Potestate, An-
 stasio Thessalonicensi collata, hortatur
 que, ut se subjiciant, & Canones ob-
 servant.

Prosp. Chro. Hoc anno 444. cum Dies Paschalis
integ. an. 444 in vigesimam tertiam Aprilis incidisset,
 Parasceve Domini vigesima prima age-
 batur; Eadem die urbis Romæ funda-
 tio celebrari solebat ludis Circensibus;
 at vero hoc anno Sacræ Passionis
 Reverentiæ datum, ut
 omitterentur.

